ROBERTI VVAKFELDI sacrarum literarum professoris eximij Regijq; sacellani syntagma de hebręorum codicū incorruptione.

Item eiusdem Oratio Oxonij habita, vnacum quibusdam alijs lectu ac annotatu non indignis.





Voniam ipsum totum Regis ac Reginæ negocium ex autoritate solum scripturæ diuinæ pendet, nihilq; roboris aut virium in eorũ cõnubio habet dispensatio vel verius dissipatio pontificis Romani: ad probandũ eius scripturę veritatem certã & infallibilem esse in codicibus hebręis ceu fonte ex quo omnes aliæ translationes tam .lxx. interpretũ & aliorũ gręcę q̃ Hieronymi & cęterorum latinę emanarũt, argumẽta non pauca, eaq;, solida, firma, ac irreuincibilia, in syntagmate hoc adducã, quæ illam diffuse satis declarabũt, atq; palam & ob oculos ponent. Primũ tamen quęstionem per reuerendũ in Christo patrẽ, dominũ Iohannẽ Fissheriũ episcopũ Roffensẽ ꝓpositã, atq; respõsionẽ quã illi in codice meo adhibui annos antehac fere septẽ, in mediũ hic afferã.

Iulij secũdi põtificis Romani dispẽsatio in cõiugio Regis & Reginæ dissipatio fuit.

Quęstio episcopi Roffensis.

An matrimonium in quo dispensauit pontifex, vt frater fratris vxorem duceret, firmũ sit & indissolubile?

Responsio Roberti VVakfeldi.

Huiusmodi coniugiũ, si quidẽ ea a defuncto fratre prius cognita fuit, nullum est, neq; constare potest. Nam iuxta diuinę legis dispositionẽ illegitimũ est, & per personas illegitimas, atq; illicite cõtrahentes factum fuit. Quin potius aseuima & impietas seu abhominatio contra naturã est, incestusq; execrabilis, & immũdicia ac fœditas deo abominabilis atq; detestabilis, & fornicatio seu scortatio, quã, velut culpã letiferã, christiani omnes iuxta Pauli p̄ceptũ quod & a Moyse desumptum est, fugere debent ac

Matrimonium nõ nisi inter legitimas p̄sonas cõstare potest.

tenentur. Imo Iulius secundus pontifex Romanus iuxta Apostolũ anathemati (quod hebræorũ ꝓprie est verbũ) obnoxius fuit, ac execrabilis oĩbus factꝰ qui deũ diligũt, quia hoc coniugiũ, quod nõ tantũ malũ est quia prohibitũ, sed & per se seu ex se suiq; natura & (vt vocãt) moraliter malũ est, atq; iccirco indispẽsabile saltem per hominẽ, extra scripturã & prȩter catholicȩ siue vniuersalis sacrosanctæ ecclesiæ Christi consensum atq; autoritatem permisit ac concessit, vel potius cõtra ipsam, & christianorum omniũ receptã ac publicam cõsuetudinẽ & morem a nascente ecclesia, quȩ euangelicȩ legis iterpres est optima, firmauit, atq; licitũ declarauit: cum reuera scd̃m naturalem legem, qua prȩcipi vetariq; eadem quȩ diuina creditur, & dei doctrinã eiusq; precepta, atq; etiã leges imperiales, sacros canones, sanctorũ patrum (Augustini, videlicet, Gregorij, Anselmi, Bernardi, Basilij magni, Chrysostomi, Hieronymi) sentẽtias, sũmorũ pontificũ (Innocentij tertij, ac aliorum) constitutiones, ecclesiȩ orthodoxæ decreta, sanctas synodos & conciliorũ etiã generaliũ statuta (quȩ hic aliud plane nihil sunt q̃ diuinæ legis & apostolicæ kabalæ seu traditionis quedam quasi promulgatio earũq; recitatio seu repetitio) illicitũ, turpe, immundum, abominabile, & detestabile sit, atq; ob id dissoluendum. Non enim vt tu opinaris iure diuino dumtaxat positiuo, & statutis tantũ ac decretis ecclesiȩ sacrisq; canonibus (quibuscũ papa dispẽsare potest si scriptura sacra non nitantur) huiusmodi incestæ pollutæq; nuptiæ, prohibitæ sunt,

Epistolæ ad Galatas. cap. ꝑrio.

Quod ꝑ se, seu ex se, suiq; natura & moraliter malũ est a nulla potest potestate terrena in[illegible]geri.

Cũ decretis ecclesiæ pontifex summus dispensare nequit, quæ scripturã sacrã uel subobscurã pro fundamento habent.

ſed & his omnibus que iam recitaui, atq; lege euangelica, & iure diuino ac humano non tantum, vt tu vis, poſitiuo & temporario verũ etiam perpetuo ac morali, quod ſemp manebit, & iuris naturalis vim obtinet, põtificiq; qui poteſtatis plenitudinẽ habet non in deſtructionẽ, ſed in ædificationẽ, atq; etiam Angelo celeſti facultatem diſpenſandi ſane aufert. Non ergo per aliquam præſcriptionẽ aut diuturnã conſuetudinem quantũuis annoſam fieri poteſt, vt matrimoniũ illud, verũ, firmũ, & indiſſolubile ſit, quod a principio nullũ fuit contraq; ſcripturam ſacram, eccleſiæ decreta, euangelium, & naturæ legẽ nedum diuinã, initum : quacum ſolus deus diſpenſare poteſt qui nature, legiſq; ſuæ inſtitutor tantum eſt. Eius enim ſolius eſt legem ſoluere cuius eſt condere. Vnde cũ ſolus deus ſit naturæ & legis diuinæ inſtitutor, ipſe eam eiuſq; pręcepta tollere tantum poteſt, atq; in ea, ſiue cũ ea eiuſq; pręceptis diſpenſare, & ad ipſum ſolũ pertinet hec diſpenſatio, non autem ad papã, qui cum ſuis & predeceſſorũ conſtitutionibus, atq; eccleſiæ decretis diſpenſare tantũ poteſt, aut aliquem alium, niſi ex diuina cõmiſſione ſecretaq; illius inſpiratione. Efficit enim diſpenſatio, vt legiſlatoris ſententia partim mutetur eiuſq; voluntas non obſeruetur, & vt ille, quocum diſpenſatur, non obligetur ad id ad quod per legem obligatur. Hoc ipſum pręterea cum fratria coniugium, quod plane primi, iuxta ſacros canones, & ſecundi, iuxta dei leges, gradus affinitatis obſtaculum ſortitur, atq; vt iam dixi, non tam contra naturę legem a

Cũ diuina aut naturæ lege põtifex ſũmus diſpenſare nequit.

regē ac regina initum est q̄ contra moralē scripturā sacrā, quę homini in auxilium legis naturæ data est, & eius renouatio merito dicitur, cuiq; dispensationes, decreta, leges, ac constitutiones quæcunq; sunt contrarię, siue papales & ecclesiasticæ, siue principales & seculares, abolēdę excludēdeq; sunt: id quod testatur etiam ipsa Romanorum pontificū decreta, distinctione. viij. in canone. Quo iure, & in can. fin. ix. distinct. vbi adducūtur & prçclara de hac re sanctorum patrū dicta, quibus omnis & constitutio & consuetudo diuinæ legi aduersa, fugienda docetur.

Lex naturalis ab Adā durauit usq; ad Moysen cui postea lex data est, quia prima dissipata erat.

Hoc ipsum, inq̄, cū fratria connubiū non tam contra naturæ legem, cui in vniuersalitate sua quicquid aduersatur, per se malum est, nec ab vlla potest potestate siue terrena siue celesti ac diuina indulgeri, q̄ contra moralem scripturā sacrā initum esse, ex ipsa scriptura clarissime iam ostendā. Leuitici nāq; capite. xviij. iuxta nostrā trāslationē expresse dicitur, Vxorē fratris nullus accipiat. Verū huic in codice tuo sic ipse respondes. Episcopus Roffensis.

Quod naturæ legi in generalitate sua aduersatur, indispensabile oino est. cū eo enim nec homo nec deus dispēsare potest

Hoc non habetur in hebraica veritate neq; in traditione chaldaica, neq; in. lxx. interpretib⁹ grçce. Sed (quod non raro fit) ex imperitia scriptoris id quod erat a quopiam in margine pro notula descriptum, intersertū fuit textui. Et quum hoc ipsū nec in. lxx. nec in hebrço nec in chaldço repertum sit, palam est pro sacra scriptura minime recipi debere.

Robertus VVakfeldus, Quia me pater Reuerende a riuulis, hoc est, trāslationibus, ad fontē hebraicę veritatis in qua te peritum putas, atq; ita ęsti-

In lectionibus quæ in ecclesia legũtur & uulgo uocãtur legendæ: mendacia sunt nõ paucæ, errorisq; permulti, id quod & in festo nõis Iesu uidere licet. Nõ ergo uti uolũt nostri sophistæ, trãflatio nostra ubiq; uera est & erroribus caret, quia in ecclesia legitur.

mari vis, hic euocasti, Age libens ac gaudẽs lubẽsq; accipiam conditionem. Caue igitur tu ne deinceps aut in posterũ hebraicæ veritati aduerseris, mihiq;, qui te, atq; eximie eruditũ iuxta ac pium virũ, amicum nostrũ cõmunem. D. Tomã Hurskey totius ordinis Gilbertinensium prefectũ venerabilem, patrięq; nostrę post te iubar atq; decus, annos antehac circiter octodecim hebraica docui: lacunas ac viciatas paludes contra proprium institutũ, & legem quã tulisti obijcias. Id enim si pro more istorum indoctorum concionatorũ pertinaciũq; & inuictorũ sophistarũ feceris, qui quicquid in ecclesia legitur, verũ esse contendũt, & ob hoc trãslationem nostrã vbiq; veram asserunt esse, atq; erroribus carere, indubie tuo tibi respondebo sermone, nempe dicam, hoc non est in hebræo, atq; ex consequente, neq; in diuina lege veteri. Cõsimiliter in Paulinis epistolis, & nouo testamento, si mihi quippiã obieceris quod ibidẽ græce non inuenitur scriptũ, illud respõdebo quod in libro primo aduersus Iouinianum Hieronymus scripsit, cuius verba ita se habẽt. Nunc illud breuiter admoneo, in latinis codicibus hunc locum ita legi: Diuisa est virgo & mulier. Quod quanq̃ habeat suum sensum, & a me quoq; pro qualitate loci sic edissertũ sit, tamen non est apostolicæ veritatis. Siquidẽ apostolus ita scripsit, vt supra trãstulimus. Hec ille. Iustũ enim est, quod quisq; iuris in alterũ statuit, ipse debeat vti eo, & sapientis dicat autoritas, patere legem quam tuipse tuleris. Verũ hac de re & interpretatione. lxx. alias forsan plura, si tuipse

ansam nobis dederis. Sane pro scriptura sacra minime recipi debet quod in hebręo non continetur: etsi in paraphrasi chaldaica aut.lxx.interpretũ trãslatione greca habeatur. Hoc idem fatẽtur etiã Origenes, Eusebius, Apollinaris, & Hieronym⁹ de.lxx. Etiam demõstrabo hoc, Vxorem, videlicet, fratris nullus accipiat, etsi nõ expresse per hec verba in hebręo positũ sit, sicut in nostra translatione: in eo tamen, chaldęo.lxx. & Arabico vel ad sensum esse, si quidem ea a præmortuo fratre prius cognita fuit, desũptũq; ex capite Leuitici.xviij.vbi sic hebraice scribitur. Heruath esheth achicha lo thegalle, heruath achicha hi. hoc est, Nuditatem seu turpitudinẽ vel iuxta.lxx.interpretes, aschimosynin, id est, defigurationem, vel deformitatem (si in illorũ translatione hoc non corrupte habeat̃ loco ęschimosynin, id est, erubescentiam vel confusionem) vxoris fratris vel cognati tui non reuelabis aut discooperies (hoc est, cum fratria aut ea quæ tibi affinitate coniungit̃, non coibis, nec illi misceberis, quia vel quoniam) turpitudo seu ignominia fratris vel cognati tui est. Vbi, vt vides, quoniam vir & vxor caro vna sunt, Pudenda vxoris, Moyses vocat (id quod testatur etiam Augustinus in leuiticis quęstionibus) turpitudinem fratris, & in hebręo pro linguę illius consuetudine, atq; etiam Chaldęo siue Syro, Arabico, &, lxx. interpretibus gręce hec habentur absq; coniunctione caussę redditiua Ki, id est, Quia, quę tamẽ necessario subintelligitur & recte hic a Hieronymo ad illuminationem sensus, legentisq; ędificationem

In prefatione Danielis.

Mos est hebraicæ linguæ ut necessaria sepius subintelligãtur.

Ki, id est, Quia, uel Quoniã, bis tantũ expresse ponitur in prohibitionibus leuiticis. Leuitici cap. 18.

additur, atq; expresse tantũ ponitur in prohibitione reuelationis turpitudinis materterę, & filię filij seu filiæ filiæ. Vides etiam quod non abs re nec temere ipse supra addidi, Si, videlicet, ea a pręmortuo fratre prius cognita fuit, Quoniam Deuteron. cap. xxv lex vxoria *Ki iesbeuu achim iachdas umeth achadh mehem uuen en lo, lo thije esbeth hameth bachutsa liish zar: ieuama lauo halcha ulckachab lo leisbsbab uiijbbemah.* id est, Si vel Cum, videlicet, habitauerint fratres, propinqui vel cognati simul, & mortuus ex eis vn⁹ fuerit & fili⁹ nõ ei (id est, vt euangelista Lucas ait cap. xx. & hic sine liberis & filio fuerit, vtpote sterilis, vel, vt euãgelista Marcus vult cap. xij. Et filios non reliquerit, vtpote, qui filios forsan genuit, sed ante eũ eiusq; mortem obierunt) Nõ erit mulier vel vxor ipsius mortui, foris, aut ad extra, viro alieno seu peregrino (hoc est, viro alterius tribus, & non cognato aut ꝓpinquo vel, vt Origenes. lxx. interpretes sequens ait, non appropinquanti) sed Iauamus seu Sinateres, id est, leuir vel frater mariti eius (atq; eo deficiente, cognatus defũcti etiam remotior) intrabit vel veniet aut ibit ad eam, & accipiet eam sibi in vxorem, & ex affine seu fratria coniugem faciet, semenq; non sibi sed defuncto sine liberis fratri suscitabit. Quoniã, inq̃, Deuteron. cap. xxv. lex hec vxoria pro sponsa solũ vxoreq; desponsata conscripta est, & non pro ea quæ a defuncto fratre prius cognita fuit, etiam si ille sine liberis decesserit, data. Alioqui sane in tradendis legibus pręceptisq; suis spiritus sanctus sibi cõtrarius esset, quod quidẽ absurdũ est dictu. Quando-

Zar, id est, alienus, uel alienigena secũdũ D. Kamchi in zor & mazar. Ponitur tamen Deuteron. cap. 25. ꝓ non cognato & propinquo.

Intrabit ad eã, id est cum ea coibit.

quidem leuitica lex, etiam teste Gregorio, simplici-
ter, absolute, precisequ℈ phibet ne frater fratris tur-
pitudinē reuelet (hoc est, ne frater fratris sui viuen-
tis aut mortui vxorem ab eo cognitam subagitet
eiusq℈ pudenda aperiat, quia turpitudo fratris est)
& Deuteronomica alioqui institutio de ducenda fra
tria prius cognita, si non primarie, pręcipue, directe
& in toto: tamen ex consequente, secundario, & in-
directe, atq℈ quasi aliud agens, & in parte id certe
præciperet: & non tantum, vti in Deuteronomicis,
quęstionib⁹ ait Augustinus, vt suscitetur semē fratri
defuncto. Sicq℈ siue pietatis affectu legeq℈ cogna-
tionis siue libidinis gratia aut ob diuitias si frater su
perstes fratriā relictis liberis, aut absq℈ eis cognitam
duceret, leuiticæ legis ratio non obseruaretur, sed
vtrinq℈ fratris defuncti turpitudo reuelaretur: Iu-
dęisq℈ a deo pręcepta essent contraria mādata, & in
quibus esset contradictio, atq℈ ita Deuteronomicus
codex aliorum non esset repetitio simul ac explica-
tio, sed apud hebręos vna dei lex aliā tolleret ac ad-
nihilaret, ideq℈ queadmodū in Kotser meo scripsi,
pro vno ac eodem tempore & populo, præceptum
esset & prohibitū, licitum ac illicitū: quod omnino
rectæ rationi nedum Hieronymo in commentarijs
super Mattheum, qui ibidē hec habet verba, palam
aduersatur. Nunq̄, videlicet, leges dei sibi cōtrarię
sunt. Idem iterū. cap. xix. super eundem sic scribit.
Nunquid potest deus sibi esse contrarius, vt aliud
ante iusserit & sententiam suam nouo frangat im-
perio? Non ita sentiendum est. Hec ille illic sermo-

Deuteronomica lex de ducenda fratria, leuiticæ phibitioni eiusq℈ rationi partim aduersatur si de fratris carnaliter cognita intelligatur esse data, vel certe eius dispensatio est & non epijkia.

Ratio leuiticæ legis est eiusq℈ præcipua intentio, ut frater fratris turpitudinē nō reuelet.

nis Christi sensum explicans de diuortio. A quo in quæstione super leuiticũ. lxj. non dissentit Augustinus qui vt hec absurda vitet, leuiticam legem per Deuteronomicã institutionẽ ne inuicẽ aduersentur, & sibi cõtradicant, interpretari debere fatetur, intelligendãq; esse exceptionem. id est, vt ego sentio, & fortassis ille quoq;, vna cũ lyrano, nõ licere cuiquã defuncti fratris ducere vxorem si defunctus posteros dereliquit aut eã cognouit. Gregorii vero verba cognomento magni hec sunt in decretis suis. Cũ cognata quoq; misceri prohibitum est, quæ per coniunctionem priorẽ caro fratris facta est. Hactenus Gregorius cognatam pro fratria iuxta vulgaris linguę latinę appellationẽ & affine ponens improprie, sicut & in primo Ruth capite Hieronym⁹ eam abusiue pro vxore fratris mariti. Quocũ & autor glosę quam vocant ordinariæ consentit leuitici cap. xviij. super versiculum, cũ vxore proximi tui non coibis, qui in hoc Augustinũ sequitur in leuiticis quæstionibus. Certe Tamar vidua anteq̃ a Iuda cognosceretur, iuxta Chrysostomũ virgo erat, quocũ in commentarijs super. xxxviij. Genes. caput cõsentire videtur etiam. R. Moses Nechmanides gerundensis qui ibidem Selam annorũ. x. fuisse asserit atq; Her ac Onan tantum. xij. quando Tamarem ducebant. Et quicquid in homilia. xj. super leuitici caput. xx. dicat Origenes, leuiticę proculdubio prohibitiones de non ducendis Nouerca, Nuru, filia, nepte, matertera, amita, vxore fratris, sorore vxoris, vxore patrui & vxore auunculi, atq; alijs affinibus & cogna-

Hoc idem lyranus fatetur leuitici cap. 18. Augustinum sequens.

Ecce reuersa est cognata tua, id est, fratris mariti tui, hebraice leuimtech.

In homilia prima sup' primũ Mathei caput.

Origenes sentire uidetur leuiticas ꝓhibitiones pro uiuis dũtaxat esse cõscriptas.

tis, non ob viuos tantũ, queadmodũ ipse pater vir reuerende, Druthmarum sequens & blesensem, sed precipue ob mortuos earũ maritos conscriptę sunt atq; datæ. id quod præter vniuersalem hebræorum morem atq; christianorũ omnium a nascente ecclesia cõsuetudinē testantur etiam Philo & Iosephus, quorum primus in cõmentarijs suis super leuiticũ hec habet verba. Mala mihi videntur vniuersa contingere propter inconcinnas maritorũ cũ vxoribus coniunctiones, preside humanarum rerum iustitia publica vlciscente scelerum impios admissores, impie nãq; admittũt nõ agentes modo, sed quotquot agentibus, voluntarijs sententijs cum agentium potestate conscribũtur. Tantam ideo lex nostra fecit custodiam rei, vt neq; priuigno moriente patre, ducere nouercam permiserit cũ propter honorem patris, tum vero nouercæ, ac matris cognatum nomē etsi animæ non equipollente passionem, nam qui ab aliena doctus fuerit abstinere, quia nouerca dicitur multo magis a naturali matre abstinebit. Et si quis propter ipsam patris memoriam, veneratur illius quandoq; factam coniugem, manifestum est ꝙ & matrem &c. Rursus priuignam viduam vel virginem viuente quidem vxore duci non permisit, sed neq; moriente. Nã vitricus quadã vi pater existēs debet eam existentem de vxore, filiæ loco ponere. Hactenus Philon. Iosephi vero verba sic se habēt. Leges autē contribulibus suis tales exposuit Moyses. Adulterium quidem omnino ꝓhibuit, felicissimum esse credens, viros circa torum esse securos,

Druthmarus & Blesensis leuiticam ꝓhibitionē de viuo dumtaxat fratre cõscriptã esse intelligunt, verũ erronee.

Cum Nouerca, Nuru, sorore aut cæteris affinibus, nec in matrimonio nec extra matrimonium, coire licitũ est iuxta Iosephum.

& ciuitatibus simul & domibus expedire, filiorũ esse veraces. Sed & matribus misceri, tanq̃ malũ maximũ lex negauit. Similiter vxori paternę, & nuribus, & sororibus pro vxoribus coire quempiam filiorũ, tanq̃ prauã iniusticiam nimis odiuit &c. Iosephus. Quocum & Philone consentit etiam Autor glosæ ordinariæ Augustinum sequens in quæstione super leuiticum. lxj. vbi eius verba ita se habent. Turpitudinẽ vxoris fratris tui nõ reuelabis, turpitudo enim fratris tui est. Quæritur vtrum hoc viuo fratre, an mortuo sit prohibitũ, & non parua quęstio. Si enim de viui fratris &c. Num enim & quod prohibet de vxore patris, hoc est, de nouerca, viuo patre accipiendum est, & non potius mortuo. Nam viuo patre quis non videat multo maxime prohibitum, si cuiuslibet hominis vxor aliena prohibita est maculari adulterio? De his personis ergo videtur loqui quæ possent non habentes viros in matrimoniũ conuenire, nisi lege prohiberentur, sicut fertur esse consuetudo Persarũ. Rursus Idem in quęst. lxv. sic ait. Vnde apparet illa ita ꝓhibita vt etiam mortuis viris non ducant vxores quarum prohibet turpitudinem reuelare. Hactenus Augustinus. Hoc idem deniq; ex ipsa scriptura leuitici liquet vbi morte mulctatur adulterium cap. xx. cui contraria certe esset vel omnino superuacanea, prohibitio cap. eiusdem, de non ducenda fratria, quæ ibidem pœnam sterilitatis vel orbitatis annexam tantum habet, si de fratre dumtaxat viuente intelligeretur esse data & non potius defuncto. Verba ꝓhibitionis quam hic iam

cito, quæ alterius quã ante allegaui de non reuelãda vxoris fratris turpitudine, repetitio est explicatioq; iuxta nostrã translationem ita se habent. Qui duxerit vxorem fratris sui rem facit illicitam, turpitudinem fratris sui reuelauit, absq; liberis erit. Vbi annotatu non indignũ est, quod pro, absq; liberis erit, quod in ea habetur singulariter, in hebræo, & chaldæo, Arabico ac Greco pluraliter scribit per aphæresin Iodh, haririm vnici, soli, vel solitarij, id est steriles & atekni siue orbati & absq; herede masculo, vel, infames, iiju, id est, erunt. Quod quidem silencio prętereundum non est, imo ob euentũ maxime notandum. Cum hac saltem re, filiorũ, videlicet, morte, Deus declaratum voluit sibi connubiũ hoc minime cordi esse. Porro. lxx. interpretes, qui hanc habent consuetudinem, vt scripturas siue scripturarũ loca sepe confundant, quia paululũ ante in hebręo, Iamuthu, id est, morientur, ponitur cum nomine Haririm, id est, steriles, hic etiam sed impie, & seuerius fortassis q̃ Deus per hanc scripturã voluit aut sensit, loco verbi hebraici iiju, id est, erunt, gręce apothanundæ, id est, morientur, posuerunt, nisi forte huius occasionem ex illo capitis. xviij. leuitici acceperint. Omnis, videlicet, anima (id est, homo) quæ fecerit ex abominationibus istis quippiam peribit de medio populi. Cuius versiculi posterius hemistichium iuxta hebręos interpretes in lege Moysaica vicibus. xxxvj. inuenitur, & non semper vbicunq; ponitur, mortem denotat corporalẽ. Reuera hariri, quod iuxta. R. Salomonem in cõmentarijs

Hariri, id est, sine herede masculo.

70. interpretes scripturarũ loca crebro confundunt.

Peribit, iteribit, uel delebitur de medio populi, non semper, ubicunq; in ueteri lege ponitur, mortem significat corporalẽ.

Hariri.i.unicus uel solus, quasi sine filijs, uel liberis orbatus, uel iuxta Ialkut, ĩfamis. Vide etiã ꝑrchum D. Kãchi de radicibus, & R. Salomonem qui in huius uocabuli significãtia Rabinos sequitur.

suis suꝑ Genesim est leshen chorban vel churban, id est, orbatum denotat, & scd̃m lexicon Ialkut, est leshon gillui vphirsum, id est, infamem, significat, in scriptura sacra solũ quater inuenitur, idq; Genes. capite. xv. semel. Leuitici capite. xx. bis, atq; Hieremiæ capite. xxij. semel. & proprie vnicum, solũ, vel solitarium denotat, hoc est, sterilem & eum qui est sine sobole vel prole scd̃m targum, id est, syram paraphrasim Onkeli atq; Ionathę, quos etiam in hui⁹ verbi significãtia sequitur Aben Hezra, id est, Hezraides, qui super leuitici cap. xx. in cõmentarijs suis Hatstsaddukim, id est, Sadduceos merito reprehendit dicentes Haririm idem significare quod Harumim. Proprie, inq̃, Hariri sterilem significat iuxta targum, vel, vt ipse sentio, sine herede masculo, id quod preter Chizkuni & Menachem filij Seruk testimonia, qui hariri interpretantur belo ioresh, id est. absq; herede, liquet etiã ex verbo masculino Iirash addito Genes. cap. xv. id est, hereditabit vel erit heres meus. Hebrę enim Syri ac Arabes nominũ genera, verborum atq; personarum appositítia litera notant, & verbis suis, rectorum siue nominatiuorũ casuum ac substantiuoꝝ nominum genera non adiectiuis tantum atq; ꝓnominibus vti gręci ac latini, significant. Sine, inq̃, herede masculo, vel orbatum filijs, seu, sine liberis morientẽ, & eum omnino cui etsi sit filius atq; heres illi tamen in sua ipsius hereditate non succedet. Id quod pręter Augustini atq; Isychij testimonia, patet etiam per Hieremiæ caput xxij. in Chonia siue Iechonia, quem propheta iubet

Quid hariri, proprie significat.

Per uerbum apud hebræos, Syros, ac Arabes, dinescitur cuius generis noĩatiuus casus est, id quod non sit nec apud latinos nec græcos.

vt scribant Hariri, qui tamen filium habebat Shealtiel, seu Shaaltiel, vel Shaltiel per synerefin, vti primi Paralipomenon libri capite. iij. & euangeliorum Matthei capite primo, atq; Lucæ capite. iij. vbi etiã filius Neri dicit, claret: vbi grçce ac latine vtrobiq; corrupte scribitur Salathiel, qui exhereditat⁹ fuit, & ei in hereditate non successit. At hec de significatione Hariri nũc dicta sufficiant (cuius iodh finalis litera, radicalis est iuxta Hebraidem sicut iod achzari, id est, crudelis, & in plurali deficit ab haririm) iamq; ex hebræo totã hanc prohibitionẽ moralem simulac Iudicialem in latinum fideliter transferã, & eius verba singula seorsum interpretabor. *Veisb uel uaisb siue uisb asber ijkkach eth esbeth achis nidda hi uel biu seu bisberuath achis gilla haririm iiju.* Hoc est, Quicũq; coniugem sumpserit vxorẽ fratris sui rem facit imundã, abominabilem, illicitam, & legi naturæ cõtrariam: eãq; accipit quæ æq; ab eo elonganda est & separanda, atq; mulier fluxum menstruum sustinens cui comparatur atq; assimilatur: quæ non modo a viro sed & a sanctuario semouenda est, turpitudinẽ enim fratris sui reuelauit, atq; ignominiam carnis suę nedum fratris nudauit, portabunt ambo peccatũ, siue, iniquitatẽ suam, & pro eo pœnam luent, absq; liberis, videlicet, & sine herede masculo erit morieťq; ipse, æque atq; ipsa. vel ad verbum ita. Et vir vel vnusquisq; qui acceperit, accipiet ve, scilicet, lo leissha vel lissha, id est, sibi in coniugem (quod hic intermissũ est, vti ex Deuteronomij cap. xxj. xxiiij. xxv. & alijs scripturę locis innumeris liquet, ob breuita-

Vxor fratris comparatur a Moyse, menstruatæ siue fluxum menstruum sustinenti. Vide Rabinos, Abenbezram, R. Salomonem, & Chizkuni.

Lo lisſha, id eſt, ſibi in coniugẽ, ob breuitatẽ hebræi ſermonis ſepe deficit, & ſubauditur in lege Moſayca.

tem hebręi ſermonis, qui ſepenumero ellipticus eſt) hoc eſt, deſpõſauerit, vel poti⁹, duxerit, (habẽt eni lakach & naſa hanc in ſcriptura ſignificationẽ ſemper quando cum Eſheth vel Iſhi ha, id eſt, muliere ſeu vxore, naſhim, id eſt, mulieribus, bath, id eſt, filia, banoth, id eſt, filiabus, coniunguntur, & reuera hunc locum, ſicut & cętera leuitici cap. xviij. & .xx. de matrimonio dictum intelligunt hebręi interpretes, Apoſtolus, Philo, R. Moyſes ægyptius, Tertullianus, Iſychius, Hieronymus, Auguſtinus, Gregorius gloſę interlinearis autor, Lyran⁹, & ſcholaſtici doctores, vt chriſtianorũ omnium morẽ a naſcẽte eccleſia taceam hebręorumq; conſuetudinem) vel, rapuerit, ſcilicet, libidinis gratia & ob coitũ (etiam iuxta hebręos interpretes, Ioſephum, Iſychiũ, Paulum epiſcopum burgenſem, & R. Moyſen ęgyptiũ, De vtroq; enim, matrimonio, videlicet, & coitu illicito ac inceſtuoſo, recte reuera intelligitur, & de illis ambobus pars capitis huius. xx. maior tractat, imo vtrũq; complectitur, quod vel aperte declarãt duo verba ijkkach, id eſt, ducet, & Iiſhcaf, id eſt, iacebit, ſiue coibit, ibidẽ poſita: quemadmodũ atq; capitis. xviij. vbi, vt in additione prima ſup. xxiiij. Deuteronomij caput, Burgẽſis ait, de adulterinis & inceſtuoſis coitibus agitur) mulierem vel vxorem (apud hebræos enim & græcos pro conſuetudinis facilitate cõmuni vocabulo cẽſetur mulier & vxor gyni, videlicet, & Iſhſha, Cæterũ eſt proprium vocabulum vxorum apud græcos iuxta Tertullianũ, atq; etiam iuxta quoſdã, apud hebræos, bahala, vi-

Non de coitu tã tũ inceſtuoſo ac illicito, ſed et de cõſimili matrimonio, Leuitici ca. 18. et 20. agitur. Hoc idẽ etiam probant Iudeorum conſuetudo & chriſtianorum omniũ mos a naſcẽte eccleſia atq; duo uerba hebraica Iikkach uidelicet, et Iiſhcaf.

delicet, id eſt, domina, maritatata, coniunx, vel vt mihi magis videtur, ſubagitata) fratris ſui (ſcilicet, viuentis vel mortui, ſi beholamo vel boholamo, id eſt, in ſeculo ſuo, atq; vitæ ſuæ, tẽpore vixerit, vide maſſecheth ieuamoth. Niſi abſq; liberis obierit, & eam carnaliter minime cognouerit, tunc enim Iudeis vel repudiatam & ab eo dimiſſam, teſte Philone, licebat ducere, imo per Moyſen iubentur vt fratribus ſuis ſemen ſuſcitẽt) quę elongata, ſiue quaſi remota eſt (ſepe ſubauditur & deficit apud hebręos aduerbium ſimilitudinis kaph, id eſt, quaſi, atq; relatiuũ aſher, id eſt, qui, quę, quod) vel elongatio ipſa, aut quia elongatio, vel elongata eſt (ſepe ſubintelligit̃ & deficit Ki, id eſt, quia, coniunctio cauſæ redditiua, vti leuitici cap. xviij. &. xx. videre licet) id eſt, vt exponit. R. Salomon, cõcubitus talis, elongãdus fugienduſq; eſt & abominandus, propter turpitudinis, illius reuelationẽ: Aſſimilatur enim iuxta Rabinos menſtruatæ quæ fontem ſanguinis ſui nudauit atq; aperuit. Vel ſic, id eſt, ipſam accipit & ducit, quę ęque per legem ab eo ſeparata & elõgata eſt atq; ei prohibita: ac illa quę naturaliter eſt polluta & fluxum menſtruum patitur, cui a Moyſe legiſlatore comparat̃. Eſt enim nidda, id eſt, elongata, vel elongatio, ſiue ſeparatio quæ propter fluxum menſtruũ fit, & adiectiuum nomen & ſubſtantiuum, ſicut & ſhalom, id eſt, ſanus vel ſanitas, ſeu pax, ac alia apud hebręos permulta nomina: deductũq; a verbo nadhadh, vel nadha, vel nodh, ſi primatiuæ ſpeciei primogeniũq; vocabulũ nõ fuerit. id quod teſtãtur Da

Maſſecheth ieuamoth, id eſt, tractatus fratriarum.

Nidda, inmundi diciam & abbominationẽ ſeparationẽ uel elongationem quæ propter fluxum menſtruum fit, proprie ſignificat.

uid Kamchi in radicibus, Ialkut, Pirchun, & concor dancię hebraicę. Verũ hic videtur substantiuum nomen esse vna cum chesedh, id est, opprobriũ, Teuel, id est, nephas, zimma, id est, scel⁹, vel peccatũ quod suadet ac consulit concupiscentia, Toheua, id est, abhominatio, que ibidẽ cõsimiliter ponunt. Vel immunda est & abominabilis, siue abominatio est, vel akatharsia, id est, immundicia, impuritas, turpitudo ve est (id est, seminis fraterni cõmixtione quę res est valde detestabilis deoq; abominabilis sese polluit ac cõmaculat & contra naturalẽ pudorẽ actũ turpe cõmittit & rem fœdam ac abominabilem facit atq; non naturali fœdere naturęq; iure tantum sed & iure diuino illicitã, perinde ac si cũ menstruata coiret: quæ propter legis naturę veneratione & sui immundiciam, non solum a viro separata sed & a tẽplo seu sanctuario emota est, vti ex leuitici capite claret, simulq; ne fœtus imperfectos aut faciat aut abijciat. Hic etiã aduerte, ꝙ coniugiũ siue coitus cũ fratria, a Deo vocatur immũdicia & abominatio scd̃m interpretes. lxx.) Denudationem vel nuditatem (scilicet, secretarum partium, vtpote, verendorum vel pudendorũ, id est, turpitudinem & ignominiam vel
Cap. iij. confusionẽ & pudorem iuxta illud Genes. Erubuerunt Adam & Eua quãdo se nudos cõspexerũt &c. Ista enim est germana significatio verbi heruath, ꝓ quo, in targo ponitur hauerath, id est, transgressio, Deuteron. cap. xxiiij. & in consimili locutione honeste ꝓ eo hebraice habetur Kenaph, id est, inclusio vel operimentũ, Deuteronomij cap. xxij. & xxvij.

vbi & ſhochef iacens, id eſt, coiens, habetur, & non ijkkach accipiet, id eſt, ducet, quod tam coitum q̄ coniugium cum nouerca omnino prohibitum eſſe declarat) fratris ſui detexit, reuelauit, diſcooperuit vel aperuit (id eſt, quod frater pudicitię ſuę parcens ac proſpiciens, tectum, intactum, & alijs ſecretum atq; incognitū omnino eſſe voluit, ne eius ignominia pateret, is cōtra naturalē pudorem ad eam accedens atq; cum ea coiens, irreuerenter & impudenter detexit ac rimatus eſt, ſimulq; ſordibus illius ſe inuoluit & polluit, & ſeminis eius cōmixtione ſe commaculat, atq; fœditatem ſeu turpitudinem carnis & verenda fratris contrectauit, vidit & conſpexit (id quod teſtat̃ etiā Autor gloſæ ordinarię leuitici cap. xviij. qui turpitudinē fratris ibi vocat pudenda vxoris) cum ipſa vel Moyſeos teſtimonio quod & Apoſtolus confirmat, caro vna cum eo ſit vnūq; corpus per ſeminū cōmixtionem effecta. Portabunt ambo peccatū ſuum, hic addidi, quia immediate preceſſit cum Haririm Iamuthu) Vnici, ſoli, ſolitarij, ſiue atekni & ſine filijs, vel herede maſculo erunt, vel illo orbabuntur. Hoc eſt, vt Auguſtinus, Iſychius, Gregorius & Ambroſius ſentiūt, Qui ex tali concubitu naſcentur, non ſuccreſcent, neq; parentibus in illorū hereditate ſuccedent. vel iuxta. R. Salomonem ordinarium apud hebręos bibliorum interpretem, qui in hoc, ſicut & in alijs pene om̄ibus Rabinos & Talmudiſtas atq; phariſęos ſequitur: quos ante huiuſmodi congreſſum genuerunt, etiam amittent, orbatiq; erunt, nedum in poſterum filios non gignent &

Iikkach cōiugiū, ſhochef vero coitum denotat. Ambo hec ĩ nouercæ prohibitiōe inueniuntur Leuitici capi. 20. atq; Deuteron. capl. 21. & 27. ubi & kenaph, id eſt, incluſio uel operimentū ſeu cōtegumentum p̄ heruth poni tur.

Pro, Abſq; liberis erit, i hebreo habetur Leuitici cap. 20. ſine herede maſculo erunt.

steriles erunt atq; absq; liberis morientur. Hactenus hebrea & illorum sensum omnem, neglectis sermonum flosculis ac omissis opinionum riuulis, ex veritatis fonte fidelissime transtulimus recensuimusq;. Chaldaica vero siue syriaka Onkeli paraphrasis, vel interpretatio simul & expositio (quam tu pater reuerende, non satis erudite traditionem appellitas, vocis syriace Targũ significantiã ignorans) sic non minus vere habet. Et valens, vel vir qui acceperit vel duxerit vxorem fratris sui que elongata est, nuditatem vel turpitudinem fratris sui reuelauit in nõ nato, vel sine sobole erunt. Porro Arabica Rabi Sahadiæ haggaon translatio, quæ in Aphrica vbiq; legit̃, & quã hebreorum peritissimi sequunt̃ ac allegant tanq̃ authenticã, vtpote ab homine literarum & traditionum atq; rerum hebraicarum peritissimo profectam, hunc habet sensum. Vir autẽ qui fratris vxorem sumit, remouendam amplectitur, infirmitatẽ fratris eius discooperuit, filijs orbabũtur. Septuaginta seniores vel (vt vulgo vocant) interpretes hic (modo hec quam manibus versamus, sit illorum trãslatio, & nõ potius mixtũ quid ex illis, Aquila, Symmacho atq; Theodotione, id quod preter eius corruptionem atq; codicũ varietatem, clarius sole demonstrant grecorũ citationes & cõmentaria Hieronymi) his vsi sunt verbis. Et vir qui acceperit vxorem fratris sui impuritas vel imundicia est, defigurationem, deformitatem, vel turpitudinem fratris sui reuelauit sine filijs morientur. Ex his omnibus iam clare pspicis pater reuerende, si clausis oculis & repugnante cõscientia mihi ex studio aduersari no=

Quid significat Targum?

lueris, hoc videlicet, vxorem fratris nullus accipiat, etsi non explicite vt in latino scribitur leuitici cap. xviij. id attestantibus pluribus & vetustissimus exemplaribus, tamen in hebręo, græco, chaldęo, Arabico ac æthiopico seu indico, & in omnibus translationibus implicite contineri includiq; eodē in capite & vicesimo. Quo quidē & vxor auunculi, recte eruditeq; a Hieronymo additū est, quod in hebræo tamen nō exprimitur, nec in chaldęo, nec in græco, sed implicite contineť. Consimiliter in lege vxoria de ducenda fratria Deuteron. cap. xxv. ex suo addidit Hieronymus & non librarius, Quæ ei lege debeť (quod tamen in hebræo nō habetur, nec in chaldæo nec in gręco) quēadmodū atq;. lxx. iterpretes, Neoteros. i. iunior, Iosue cap. xv. quod in hebręo nō habeť nec in chaldæo nec in Arabico, quos etiā in hoc Hieronymus sequiť. Quod autē lyranus asserit hoc testimoniū, nempe, vxorē fratris sui null⁹ accipiat, in castigatis latinorū codicibus minime reperiri, insigne delyramētū est. Qn̄quidē dictū suū nec pluribus nec antiquiorib⁹ latinis exēplaribus, nec pręcedentis. lxx. interpretū translationis gręcę autoritate (quā latina interpretatio sepius sequiť) probare potuit, cū cōtra, id testimonij, quēadmodū iā dixi, inueniatur in castigatissimis atq; etiā vetustissimis, & fortassis in. lxx. iterpretū quoq;, vnde defluxisse videť. Quorum mos est per vniuersā scripturā vt in vno loco addant quod in alio inuenerūt, & non tantum illius sensum sed vt plurimū quoq; verba ipsa, etiā vbi sermo hebræus non est ellipticus. Quod quidē summo iudicio & hic non sine scripturæ autoritate

Vxor auunculi, a Hieronymo erudite interscretum est Leuitici cap. 20.

Quæ ei lege debetur, a Hieronymo additū ē.

Othoniel frater Caleb, in hebræo tantū habetur, & nō Iunior, quod a. 70. additū est & Hieronymo.

In antiquis codicibus latinis inuenitur, uxorem fratris nullus accipiat.

ad illuminationē sensus forsitan fecerunt, quos etiā in hoc, sicut & in alijs sepe per eos ad legentis edificationem additis, Hieronymus in sua ex hebræo trāslatione merito sequutus est. Non ergo vt tu opinat⁹ es, hoc ex imperitia scriptoris intersertum fuit textui, sed a .lxx. fortassis vel veteri latino interp̄te aut Hieronymo prudentissime interpositum ac additum. Quod si perpendisses vel potius nouisses, nā propter tuam in gręco non magnam notitiam, in illorum translatione quæ græca est, haud es admodū exercitatus, vel diuum Hieronymum in pręfatione Salomonis attentius legisses dicentē, Quia nonnulla de græco hoc ad illuminationem sensus & legentis ędificationē vel inserta hebraicę translationi, vel extrinsecus iuncta sunt, Nunq̄ adeo imprudēter ꝓnūciasses dixissesue, Hoc, videlicet, vxorem fratris nullus accipiat, non esse in .lxx. interpretibus: quia in Hispanica, Germanica & Italica corruptissimis ęditionibus minime inuenisti. Pręsertim cum illorū exemplaria, sicut & hexapla Origenis, interciderint & quid continebant, nihil nisi ex gręcorū citatione & commentarijs Hieronymi, nobis iam certo scire non tantum difficile, sed & impossibile sit. Imo Augustinus ipse in libro de ciuitate dei .xv. illa q̄ primū de bibliotheca Ptolemęi describi ceperunt, a primo scriptore ac deinde alijs corrupta esse asserit & mendacijs atq; erroribus scatere. Quę Hieronymi quoq; seculo lacerata, inuersa, corrupta, mutila ac manca fuisse vel in hijs maxime locis quę pro nobis contra Iudęos faciūt, & vbi de Christo atq; eius diuinitate

Non absq; scripturæ autoritate & summo iudicio ī medio capitis .18. Leuitici, a .70. et Hieronymo uel ueteri latino interprete, insertum est, Vxorem fratris nullus accipiat.

70. & Hieronymus plura in scripturæ cōtextu interposuerunt ad illuminationē sensus.

Impossibile est ut iā cognoscamus quid in .70 exemplaribus cōtentū fuit.

trin:tatisq; mysterio testimonia perhibentur, testa= tur etiam ipsemet in prefatione traditionum hebrai carum in Genesim. & in prefatione Pentateuchi, ad Desyderium, & libri Iob, & in apologia sua contra Ruffinum, & in cōmentarijs suis super prophetas, atq; alijs locis innumeris. Quod si etate Hieronymi lxx. interpretū exemplaria corrupta reperiebantur, nunc certe multum mirandum non est si hac nostra tempestate longe corruptiora extiterit scriptorūq; vicio ac formulariorum culpa deprauatiora fiant. Maxime cum & eorum translatio hoc tempore res pene sit abolita, & nihil aut perparum preter psalte= rium iuxta illos in ecclesia legamus. Deniq; vt tibi dem hoc videlicet vxorē fratris sui nullus accipiat, in hebraico, chaldæo, &.lxx. non esse leuitici. cap. xviij. tu tamen nec mortaliū quisquā mihi denegare recte potest, quin vel in sensu, in hebræo, chaldæo, lxx. & Arabico, illud idē sit leuitici cap. xx. Videris igitur ipse pater reuerende ꝙ prudenter locutus sis cum simpliciter hoc, in hebreo, chaldeo &.lxx. non esse asseuerares. Verū hac de re satis superq;. Nunc tuo tibi respondebo sermone, Nempe quod contra me in medium produxisti, Sororē, videlicet, vxoris tue in pellicatū illius nō accipies: nec reuelabis turpi tudinem eius adhuc illa viuente, in hebræo non ha= betur, etiam teste lyrano, imo neq; in chaldæo, nec in. lxx. interpretibus grece, nec in Arabico. Te itaq; ipso iudice, hoc ꝑ scriptura sacra minime recipi de= bet, cum nullā illi autoritatem prebeat, atq; exinde nullius sit ponderis. In hebræo nāq; sic ad verbum

Hieronymi atq; Augustini secu- lo. 70. interpre tum exemplaria erāt corrupta, mutila ac māca.

Leuitici cap. 18.

ſcribitur. Veiſhſha vel vaiſſha el achothah lo thik-
kach litſror legalloth heruathah haleah bechaieah
id eſt, Et virilem, viram vel viraginem (hoc eſt, mu-
lierem ſeu vxorē) cum (ſic chizkuni, qui el, per him,
interpretatur) ſorore ſua vel ſuper ſeu ad ſororem
eius (hoc eſt, ſororem vxoris tuę, ſcilicet, quia caro
eius eſt, vel quia vna caro ſunt, & ambæ ipſæ quaſi
vna) non accipies (ſcilicet, in coniugem, iuxta Phi-
lonem, vel in coitum & pellicatum ſeu concubitū,
ſcd̄m Ioſephum ac Hieronymū, Vtrūq; enim recte
dicitur, quia ambo non tam ſcd̄m Auguſtinū & he-
bręos interpretes q̄ ſcd̄m ſcripturæ contextū inter-
dicūtur) ad inimicandū aut tribulandū vel anguſti-
andum ſeu dolorificandū (hoc eſt, ne efficias vnam
alteri inimicam, ęmulā ac hoſtē & inter ſe ſibi mo-
leſtiam, dolorē, oppreſſionē, anguſtiam atq; tribu-
lationem inferant, vide lyranum. Fieri enim non po
teſt, quin ſi vna magis q̄ alia diligatur, & duę vel plu
res vxores vni viro coniungantur, inter eas ſit inui-
dia, odium, & contentio non parua, id quod & Da-
uid Kamchi in radicibus teſtatur in themate tſor, id
eſt, vt ita dicam, inimicatus eſt ſeu doluit & oppreſ-
ſit) vel ad colligandum ſeu accumulandū (hoc eſt,
coniunctim, Hanc enim ſignificationē habet quoq;
verbum tſarar, quaſi dicat, Et vxorem ad ſororem
ſuam ne accipias in ſimul vel coniūctim, id eſt, duas
ſimul ſorores ne habeas vxores) ad reuelandū vel
diſcooperiendum nuditatem ſeu turpitudinē eius
(ſcilicet, ſecundæ cum prima, ſcd̄m chizkuni) ſup
ipſa vel cum ea (ſic chizkuni) in vitis ſeu vita eius.

Soror, caro fratris eſt, hoc probatur per illud capi. 18. Leuitici. Turpitudinē ſororis patris tui, id ē, amitæ, nō diſcooperies, quia caro eſt patris tui.

Lyranus in cōmētarijs ſuis ſuper. 18. Leuitici caput, tranſlationem noſtrā merito carpit ac corrigit.

Exponunt ac addunt Philo, R. Salomon & hebræi interpretes, etiam si sororē quam carnaliter cognouit ac duxit, repudiauerit, nihilominus tamen non licebit alterā desponsare vel ducere q̄diu repudiata vixerit. Chaldea vero sic se habēt. Et mulierem vel vxorem cum sorore eius non accipies vel desponsabis, ad angustiandum eam, ad reuelandum turpitudinem eius super ipsam in vita eius. Septuaginta interpretes ita (modo eorum codices hic non sint corrupti) Mulierem vel vxorem ad sororē eius non accipies emulā (hoc est, in amoris emulationem & ȝelum iuxta Basilium magnum ac Augustinum) vt reueles turpitudinem eius super ipsa, adhuc viuente illa. Arabica sic. Vxorem autē cum sorore sua non simul duces, ne inuicem sibi sint molestiæ, nec discooperies nuditatem sororis q̄diu vxor vixerit. At iam audiamus quid sup̄ hac re scribat Philo. Quid autē ad alios homines conueniet admixtiones continere in breuem locum qui est vtriusq; domus compellere, magnum ac pręclarum facinus valentes extendere atq; effundere ad cōtinentes & insulas orbemq; totum. Nam extraneorū inductę nuptię nouas cooperantur cognationes his que sunt ex sanguine non egentes. Quorum gratia & alias multas conuersationes impediuit, pręcipiens non ex filio neptem, non amitam ex patre, aut materterā ex matre, non patrui vel filij vel fratris vxorem factā, desponsari. Rursus duas sorores ducere eundem non permittit, neq; in eodē neq; in diuersis temporibus etiam si contigerit quam prius duxerat repudiasse.

In commētarijs super Leuiticū.

Ergo nō ob coitum dumtaxat sed & propter matrimoniū incestuosum Leuiticæ prohibitiones iuxta Philonem conscriptæ sunt.

Nam adhuc ipsa viuēte coniuge seu etiam liberata, vel vidua perseueret vel nubat alteri nequaq̃ sanctũ existimauit sororē ad ea que infelicis fuerāt trāsire, prędocens istas cognata iura non soluere, nec insultare delictis sic per genus vnitæ neq; iactabũdę, aut per delicias viuere cultam ac beatā effectam ab inimicis illius, & colens que fit ecõuerso, & curās eos. Excitantur enim ex his ęmulationes seuę & contentiones difficiles sedationi ac cõciliationi, onera malorum agētes infinita. similiter enim velut si corporis artus, a naturali congruentia distantes, a cõmunione mutua dissideant morbos insanabiles eo operantur omnino, vel corruptiones, sic & fraternę, etsi diuiduæ partes fuerint, sed & congruunt natura & cognatione vna. Porro æmulatio & zelotypia passio molestissima, seua nouat mala & insanabilia inter sorores & fratres. Hactenus Philon. Nũc ad argumentum tuum mihi respondendũ est pater reuerende. Quanq̃ in eodē numero affinitatis gradu atq; per omnia pari, cuiq; sint vxor fratris & soror vxoris, non tamen, vt tu vis, ob id consequitur, vt ęque contra ius naturę agat is, qui vxoris suę defunctæ a se cognitæ sororem sibi coniugem sumit, ac ille qui defuncti fratris vxorem carnaliter ab eo cognitam, matrimonio sibi copulat. Quum primũ naturali lege, quia cum ea ac nepte, in hoc, sicut & in bigamia, cum antiquis dispensauit Deus, olim licitũ, permissumq; esset, & alterũ eadem semper vetitũ ac prohibitum. Non enim similia hec sunt, neq; quoad legē Moysaicam, vbi connubium cũ fratria a fratre pre=

Philo in cõmentarijs super Leuiticum.

Antiquis, hoc ē, Abrahã, & Iacob, ac alijs.

mortuo cognita, expreſſe ꝓhibetur, & cum ſorore vxoris defunctæ cognitæ, tacite tantum atq; implicite, neq; quoad ius naturæ, cum multo turpius ſit ac fœdius fratri cum fratris vxore rem habere, vbi ſeminis fraterni cõmixtione cõmaculatur (quæ res eſt valde deteſtabilis Deoq; abominabilis) & eius turpitudinẽ reuelat, atq; ſordibus illius ac fœditate inuoluitur, q̃ cum ſuę coniugis ſorore, vbi nihil tale ei ſaltem accidit. Adde ꝙ in ſcripturis non legimus fœminam, vllius turpitudinem reuelare ſed virum tantum, & de ſorore dictũ, Et ipſa viderit turpitudinem illius, ſcilicet fratris. Præterea, Illa adhuc viuente, Et in ʒelum, leuitici cap.xviij. ocioſe a legiſlatore non ſunt addita nec ſuperflue, ſed ob pernicioſum forte patriarchę Iacob exemplum qui duas ſimul ſorores viuentes duxit, quod eas ſane ęmulas fecit, ea nobis ibidem ſcripta reliquit. Quod itaq; in cõtextu tacitum (Ergo, videlicet, vxore mortua, licitum eſt ſororem eius ducere) illatione conſequentium per ratiocinationem abs te ac lyrano infertur & a contrario ſenſu argumentũ, ad legiſlatoris pronũciationẽ pertinet, & non ad tui, qui quod ſcriptũ eſt, referre rogaris. Imo argumentũ a contrario ſenſu, cui tu hic inniteris vna cum lyrano atq; Luthero (qui ſororem vxoris defunctæ ducere, licitum eſſe aſſerit, & a Moyſe non prohibitum) ſepius fallit, vt in illo Chriſti, Excepta cauſſa fornicationis &c. (Quãdoquidem vinculum coniugale, indiſſolubile eſt, & non ſoluitur niſi per mortem vnius coniugũ iuxta Apoſtolum) atq; in hac propoſitione (Soro=

Contra naturã agit et in eã peccat qui uxoris ſuæ ſororem ducit uxorem, nõ tamẽ tantũ quã tum ille qui fratris ſui cõiugẽ, ſuã facit uxorẽ.

Leuitici cap. 18. & 20.

Nihil in ſcriptura ſacra ocioſe ponitur.

Argumentum à contrario ſenſu ſæpius fallit.

Cõiugium cum uxoris defunctæ ſorore, nepte, uxore auũculi, & filia ex utroq; parente, quicquid Lutherus dicat, a Moyſe Leuitici cap. 18. & 20. ſi non expreſſe, tamẽ tacite ac implicite prohibetur.

rē, videlicet, vxoris tuę &c.) nō ſemel ſed bis. Siue eni eo animo matrimoniū cū vxoris ſorore ineatur, vt in ʒelū vxoris, illa ſuꝑducatur, ſiue nō: tale reuera cōiugiū, qcqd dicat Auguſtinus, oino illicitū eſt. Siquidē ſoror vxoris viuentis a matrimonio huiuſmodi repellit̄ nō tantū, vt honeſtas & verecūdia cōſeruentur ac diſcordia vitetur inter ſorores (atq; in hoc ſeu quoad hoc, morale etiam pręceptum eſt leuitica ꝓhibitio de non ſimul ducendis duabus ſororibꝰ, fundatū ſuꝑ naturę reuerētia & quadā decētia ſeu cōgruentia ac honeſtate, nō reſpectu generationis aut ꝓlis, ſed reſpectu naturalis pacis & cōcordię nō deducendę etiā iuxta Philonē atq; Ieſum filium Sirach, in ęmulationē & ʒelū) ſed & vt in naturā irreuerētia nō cōmittat̄, neq; illi fiat iniuria, & vt turpitudo ſororis nō reuelet̄, atq; inceſtꝰ fugiat̄, qui etiā ipſa mortua, iuxta legis dei ęſtimationē cōmittitur, atq; crimen eſt grauius adulterio. Argumentum deniq; a contrario ſenſu iuxta iuriſperitos nunq̄ valet quando ſequitur iuris abſurditas, & reuera ſi mortua vxore phas eſſet eius ſororē ducere, quod tamē mecum Baſilius magnus negat, ex propoſitione Moyſaica quam ſupra ex hebręo trāſtuli, ſequeretur iuris abſurditas. Nempe, ꝙ par & idem gradus affinitatis pariter licitus eſſet & illicitus, pręceptus ſimul ac prohibitus. Quod tamen pro inconuenienti aut abſurdo non habet Paulus epiſcopus Burgenſis in additione ſua ſuper. xv. Ioſue caput & ſecunda ſuper. xj. Geneſ. caput. Quocum Lyranus conſentit, atq; etiam ab eo diſſentit, hac in re

In Leuiticis queſt. cuius uerba ſic ſe habent. Super uxorē ſororem eius non accipies i zelū. Hic non prohibuit ſuperducere. &c. ſed ſororē ſorori noluit ſuꝑduci. &c. eo animo ut in zelum uxoris altera ſuperducatur.

Coniugia illa deus per Moyſen illicita ac turpia potiſſimū eſſe declarauit, per que naturæ ordo turbatur, illiq; ſit irreuerētia. Nō tacet hic autor uerecundiæ cōſeruationē, & ne nimius ſit coitus, inceſtū, cōſanguineorū cohabitationē, uocabulorū in cognatione cōfuſionē atq; charitatis ꝓpagationē, & ne diſperiant hereditates ac generationes confundātur, que etiā rationi Moyſ. dc.

ſibi non conſtans ſed pugnantia ſcribens. Vide eru-dite lector cōmētaria eius ſuper. xj. Geneſ. caput & xiiij. Matthei. Vbi licitum eſſe, aſſerit ſcd̄m legem Moyſaicam, ducere neptim, quod tamen negat ac illicitum fatetur, Leuitici cap. xviij. & Ioſue cap. xv. Baſilij magni verba ſic ſe habēt in epiſtola ad Diodorum Tarſi epiſcopū. Quanq̄ in hac parte (id eſt, prohibitione coitus cum vxoris ſorore, eiuſq; coniugij) non omnino tacuiſſe legiſlatorem : quin imo accuratiſſime, & maxima cum vehementia iſtud (id eſt, cōnubium cum vxoris defunctę ſorore) prohibuiſſe cenſemus. Nam cum dicat : Non accedes ad omnem domeſticam carnis tuæ, vt reueles turpitudinem illarum: hoc etiam affinitatis genus complectitur. Quid enim homini magis coniunctum, aut propinquius eſſe poteſt : q̄ ſua ipſius vxor, vel potius ſua ipſius caro? Neq; enim amplius duo corpora ſunt, ſed caro vna. Quo fit, vt vxoris quidem ſorori, ad viri illius (hoc eſt, mariti ſororis ſuæ) propinquitatē accedere omnino nō liceat. Quemadmodum enim a nouerca, æque atq; a matre abſtinemus, & vxoris filiam ad exemplum filiæ propriæ ducere non licet : ita quoniam proprias nobis ſorores matrimonio non copulamus, nec vxorum debemus ſorores accipere. Quę ꝓpinquitatis ratio etiā viceuerſa in fœminis obtinet, vt nec illis ad virorū propinquos accedere ſit permiſſum: quum propinquitatis iura vtriſq; pari iure cōmunia eſſe conſtet. Hactenus Baſilius. Ad hec, Eccleſia decreuit ac ꝓhibuit ne quiſpiam duas ducat ſorores, Et ethnici

ꝓhibitionis ab autoribus non parui nominis ſuperaddūtur, Philone, uidelicet, Ambroſio, Auguſtino, Iſychio, Chryſoſtomo, R. Moyſe, ægyptio, atq; Aquinate in. 4. Diſt. 40.

Marci cap. 10.

Lex non ſolum uiris ſed etiam iuxta Auguſtinum in Leuiticis quæſtionibus, fœminis data eſt.

post mortem vxoris abstinuerũt ab eius sorore, id, aseuima, id est, impietatem seu abhominationẽ contra naturam, arbitrantes, id quod codicis etiam libro quinto videre licet de interdicto matrimonio. vbi vxorem fratris, seu, sororem vxoris defunctæ ducere non licet. Quid plura? Lex quæ minus malũ minoremq; ac remotiorem incestum prohibet, maius non suffert, nec grauiorem incestum tolerat, sed illud & incestum huiusmodi vetat, testibus etiam diuo Ambrosio atq; Augustino. Ergo cũ leuitici cap. xviij. (vbi & aliqua non cõmemorata intelligenda dimisit Deus, sicut vxorẽ auunculi, & filiam ꝓpriã, sororẽ ex vtroq; parẽte, sororẽ vxoris defũctę, atq; neptim ex sorore vel ex fratre, hoc est, eoꝝ filiã) vel ob affinitatẽ, coniugiũ cũ nepte vxoris ex filio vel ex filia prohibeatur (dicitur enim illic, filiã filij eius & filiam filię eius non accipies, quod sic interpretatur Augustinus, Etiam neptim vxoris de filio vel de filia duci prohibuit) multomagis & à fortiore, ibidem inhibetur matrimonium cum vxoris sorore, & ob consanguinitatẽ, cũ sua nepte ex sorore propria, fratre ve, vel seipso & coniuge sua. Hoc est, nepte ex filio vel filia propria, vbi maior incestus cõmittitur iuxta Hieronymi translationem quę sic habet. Turpitudinẽ vxoris tuæ & filię eius non reuelabis, filiam filij eius & filiam filię illius non sumes vt reueles ignominiam eius, quia caro illius sunt, & talis coitus incestus est. Vel, huiusmodi cõiugium, vt in hebręo ad verbum habetur, zimma, id est, scelus & nephas est, seu, iuxta Targum Onkeli, peccatum ex

Argumentũ irreuincibile, quo ꝓbat autor matrimonium cum uxoris sorore, & cum nepte, ꝑ legem Mosaycã inhibitum esse.

Soror uxoris defũctæ, filia ex utroq; parẽte, neptis, & uxor auũculi, a Moyse Leuitici cap. 18. & 20. implicite tantum prohibentur & nõ expresse.

proposito, & non inuoluntarium, vel scd̄m. R. Salomonem, peccatum, quod suadet ac consulit ipsa Ietser, id est, concupiscentia, aut vti volunt. lxx. interpretes, aseuima, id est, impietas, & abominatio contra naturā. Certe leuitici. cap. xx. minime exprimitur, quæ eum manet pœna, qui cum duabus sororibus concumbit, sicut nec qui cum filia filij sui vel filię suę, siue, nepte ex filia vxoris. Id quod testatur etiam Aben hezra, id est, hezraides, in commentarijs suis super. xviij. leuitici caput. Et reuera reuerende pater vt pace tua ingenue fatear id quod res est, in codice tuo non pauca abs te pro scriptura sacra citantur, que tamen pro ea minime recipi debēt, quoniā non recte sed erronee vel a Hieronymo vel ab interpretibus. lxx. sunt translata, eorūq; somnia solum existūt. In eo insuper quedam vim scripturæ facere mihi vident̄ ac sup̄flua, & multa, nimis scholastica parumq; firma ac valida, vtpote quæ nullius scripturæ autoritate nituntur, sed obscurissimis interpretibus ijsdemq; recentibus ac sophistis linguarum imperitis, quos vel in medium producere aut semel nominare puderet doctū. Kets seu Telos.

Multa in codice episcopi Roffensis cui respondit autor, pro scriptura sancta ab eo citantur, que tamē in Hebraica ueritate & in ea, non inueniuntur, sed solum in Hieronymi uel. 70. interpretū interpretatione: qui sepius in scripturarum translatione falsi sunt ac errarunt.

Exemplum literarum. D. Richardi Pacei Decani sancti Pauli ad Regem Henricū octauum. Anno dn̄i. M. D. xxvj.


SAcratissime rex vt declarem maiestati tuæ sensum literarū quas heri accepisti. Ego Richardus Paceus scripsi illas literas & libellū etiam qui ad te perlatus est, non tamē absq; consilio atq; auxilio. D. R. wakfeldi, a quo omnia probata fuerunt tanq̄ puram veritatem continentia, Et ob id offert se paratum ad illa publice defenden-

da aduersus omnes qui contra vel disputaturi vel scriptu-ri sint. Et quoniam maiestas tua mihi significauit nescio quos e suis literatis consiliarijs scripsisse Deuteronomiũ abrogare leuiticum, diligẽter perquisiui quid id sibi vel-let. Et tandem inueni illã opinionem indubitato falsam esse. Quia liber Deuteronomij.id est, secundæ legis scdm Gręcos, in hebræo nomẽ hoc non habet sed Elle hadde-narim, id est, hec sunt ipsa verba. Et est compendiũ ac re-petitio seu, vt ita, dicam, recapitulatio legis Moysaicæ, figuraq; legis euangelicæ. Pręterea absurdissimũ est hoc dicere, nam si esset verum, illud sequeretur, q; vna lex dei tolleret aliam. Et illud græcum nomen Deuteronomium, quantũ ad sensum rei attinet, illud idem significat quod habetur in hebręo, id est, liber in quo continetur secunda lex vel repetitio primę legis. Post meum a maiestate tua discessum. D.R. wakfeldus vnice me rogauit vt sibi signifi carẽ an placeret tibi veritatem hac in re intelligere. i. vtrũ staret a te an contra te? Ei ita respondi. Te nihil velle quod esset alienum a nobili principe & singularibus virtu tibus prędito. Illumq; maiestati tuę rem gratissimã factu-rum si laboraret vt puram veritatem tibi declararet. Tum ille nescio quo ductus timore negauit se hoc posse facere nisi maiestas tua id sibi iniungeret & mandaret. Et si man-dares, se producturum in medium tam contra te q̃ pro te, illa que nemo alius in hoc tuo regno producere posset. Quamobrem maiestatem tuam vehementer oro vt mentẽ tuam ei aperte significes, quo possis excellentẽ illius do-ctrinam tam in sacris literis q̃ in linguarũ cognitione ma-nifeste percipere. Mitto ad maiestatẽ tuam his inclusum Alphabetum hebraicum rogoq; vt illud ipse reddas tuo Foxo eiq; imperes vt omni diligentia illi rei intelligendę vacet & memorię mandet. Nam si id fecerit, poterit intra mensem tantum in lingua hebraica proficere vt possit iu-dicare quid habeat translatio.lxx. interpretum græca & quid cõtineat hebraica veritas. Quod vt opinor maiesta-ti tuę maxime satisfaciet, cum possit ab eo cui plurimum fidis, veritatem audire. Quod (quę est eius prudẽtia, eru-tio, & erga maiestatem tuam fides) nõ dubito eum factu-

rum. Valeat felicissime sacratissima maiestas tua quā deus immortalis sanam & incolumen diutissime conseruet. Ex Sion hac p̄senti die veneris.

¶ Oratio Oxonij habita in collegio Regio.



SOlent, auditores clarissimi, qui artem aliquā profitentur, in initio nonnihil in illius laudē in mediū adferre, eiusq; vsum prędicare, quo illorum animos qui ipsam addiscēt ad illius amorem ac studium hortentur, alliciant atq; inflāment. Ipse itaq; cum abunde satis, quod ad sacrę linguę, chaldaicę atq; Arabicę, quas hic publice professurus sum, laudes ac vtilitatem spectat, in libello meo de tribus linguis in lucē edito, conscripserim: nunc superuacaneum atq; superfluū arbitratus sum in illis immorari. Presertim cum apud huius oppidi bibliopolas libellus ille venalis extet, & vestrū quilibet illū sibi ere modico mercari possit, hucq; me ipse contulerim nō dicēdi aut orandi sed interpretandi causa. Certe ni fallar, & philautia ducar, mihiq; & illustrissimo Baroni de Burgo non adblanditus fuerit Cardinalis Egidius, si ipsum legeritis, lectionis illius vos minime penitebit. Nam in illo reuera sunt permulta, que ad linguę sanctę notitiam indipiscendā non parum faciūt, atq; ad ipsam addiscendā haud tepide incitant, & per ipsum p̄culdubio dinoscetis, quis sit hebraicę, Syriacę atq; Arabicę linguę futurus vsus. Sane sine illis sacrarum lr̄arū gnissa seu germana intelligentia, nudaq; veritas in fonte degustari nequit, imo diuinę absq; eis leges a nemine, experto credite Roberto, plene intelligi queunt, aut exacte & vt par est tractari. Id quod in lucubrationib⁹ suis passim testantur etiam diuus Hieronymus, Augustinus, alijq; orthodoxi & ecclesiastici ferme scriptores ac intetp̄tes eruditi omnes. Nunq̄ pręterea prudentissimus ille Clemens pontifex summus cæteriq; religionis christianæ principes tam diligēter illas lata lege sanxissent docendas in Oxonio ac alijs orbis christiani primarijs gymnasijs si non religionis christianæ cultorib⁹, summe necessarias & ex illis frugem non paruam percipi posse existimassent. In decretis deniq; distinctione, xxxviij, cuius initiū est locutio, sic

Hebraicæ, Chaldaicæ atq; Arabicæ linguæ scientia, maxime cōfert ac cōducit ad sacrarum literarum notitiam.

Neblim dulcedo seu dulcis uel pulchritudo aut pulcher, & adiectiuum nomen est & substantiuum, Dauidq; hic in abstracto & p antonomasian dicitur, dulcedo carminum Israel.

scribitur. Ad phrasin nãq; & idioma ac proprietatẽ linguę
in qua est edita, scriptura sacra exponẽda venit. Hactenus
decreta. Ex quibus iuxta veteres liquet Pauli epistolã ad
hebręos, Matthei euãgeliũ, & vetus instrumentũ siue testa
mentũ quod magna ex parte scriptũ est hebraice, ad illius
linguę phrasin, idioma & proprietatem exponi interpre-
tariq; debere. Daniele, in ipso, Hesdra, Iudith ac Tobia
exceptis, qui chaldaice siue syriace scripti sunt, & libro
Iiof, quem nos sicut & Iisrael corrupte, gręcos sequentes
per vnam. I. lrãm scribimus, ac Israel & Iob dicimus, qui
iuxta Hieronymũ in p̃fatione quadã in Danielẽ, maxima
ex parte scriptus est arabice. Eius verba sunt hec. Sciend

Iob & Israel corrupte scribũt Greci & latini loco Iiof et Iisrael.

quippe Danielem maxime & Hesdram hebraicis quidem
lr̃is sed chaldaico sermone cõscriptos, & vnam Hieremiæ
pericopen, Iob quoq; cum arabica lingua plurimã habere
societatẽ. Idem etiam in alia prefatione in librũ Iiof, ita
nobis scriptũ reliquit. Hec autem Iob translatio nullũ de
veteribus sequitur interpretẽ, sed ex hebraico Arabicoq;
sermone & interdum Syro nunc verba nunc sensus nunc si-

Sepher haiesodh, liber fundamenti, id est, lexicon primatiuorum uerborum.

mul vtrũq; resonat. hec ille. A quo in oratione nostra non
modo hac in re sed & in hebręorũ metris vel potius rith-
mis & carminibus seu cantilenis, nos vna cum Pirchun in
sepher haiesodh, id est, libro fundamenti (quod quidem
lexicon latine sonat primogeniorum seu primitiuorũ ver
borum) non parum dissentimus. Quandoquidẽ Dauid rex

Ecclesiastici cap. 47.

qui, vt in parabolis suis ait Iesus filius Sirach Hierosoly-
mita, in sono cantorum dulces fecit modos, & vt in. ij. Re-
gum libro scribitur, Nehim zemiroth Iisrael fuit. i. dulcis

David apud Hebræos poeta prestantißimus atq; dulcißimus. Vide prophetæ Amos caput sextum.

simus psaltes seu cantor in Israel, vel rithmorũ seu carmi-
num & psalmorum optimorũ atq; laudatissimorũ compo-
sitor inter Israelitas suauissimus, De quo & in eius laudem
Amos p̄pheta sic scribit, Kedauidh chasheuu lahem keli
shir. Quandoquidẽ, inq̃, Dauid, Salomon, Hieremias, filij
Korach & alij, qui Hamshorerim fuere, & in peritia sua, vt
Iesus ait filius Sirach, requirebant modos musicos & car-

Ecclesiastici cap. 44.

mina in scriptura narrabant, metra ignorabãt pedũq; di-
mensione & pesukim shekulim. i. versibus numerosis pedi-
busq; libratis, in lamentationibus, psalmis, & scripturarũ

canticis, alijsq; voluminibus nõ sunt vsi, sed Niggunim ve-shiroth chuts mippijut vacharuzoth vmishkal, id est, dulcib⁹ rithmis ac tinnulis cantilenis, numeris pedũ propter linguę crassę & ad pronunciandũ difficilis idioma solutis, qui sub nulla fixa & determinata carminis lege cõprehendũtur nec ad vllum metrorũ genus reduci possunt. Rursum in decretis distinctione nona, cuius initium est, vt veterũ, sub nomine Augustini ita legitur, sed falso, nã reuera sunt verba Hieronymi que ad Lucinium Bethicum scripsit. Vt enim veterũ librorũ fides de hebręis voluminibus examinanda est, ita nouorũ gręci sermonis normam desyderat. Vbi licet non omnino inepte sine dubio tamen superflue additur verbũ veritas. Sed & hec, vel ob ea que paulo ãte in medium attuli, iam missa faciam, solũq; superest vt vobis significem quantum regi nostro illustrissimo humanissimoq; debetis, qui vestrę achademię lr̃as quas ad eum per me misistis, ꝑ quibus, quia vltro ac sponte & non a me rogati, id fecistis, vobis omnib⁹ gr̃as ago, vultu hilari iucundoq; & perq̃humaniter accepit, & illis perlectis vestris votis statim consensit, mecũ hisce verbis vsus. Non modo volumus vt illic cunctis audire volentibus publice, gratuito, ac sine vlla mercede lr̃as sacratiores in nostro collegio Regio profitearis, tibiq; concedimus abeundi copiam vt ad modicum tempus cum Oxoniensibus, qui te, vti dicis, tam humaniter tractarunt cõmoreris, sed & iustam tibi ansam dabimus vt diutius apud illos ꝑmaneas. Profecto nisi vrgẽs quoddã negocium me hinc tam diu detinuisset, longe ante hac ad vos venissem. Infideliter enim inique & ꝑfide hosce septẽ annos mecũ egit ac hucusq; agit pestilẽs quidã Qui nec deũ timet nec homines reueretur, cui & literis eius manu sua scriptis, quas apud me seruo, fidẽ abhibui: idq; in summa. xx. librarũ, quę iam ad centum vsq; ac vltra excreuit, mihi ab eo quotãnis persoluẽda. Imo ꝑter iniuriam quam patior maximam sycophantias etiam & calũnias per eum & suos iufinitas fere sustinui. O quoties illi deceptori elato veluti Lucifero & ben belijahal optaui Dalilam quandam quę caput eius abraderet, sermonisq; illius qui Ecclesiastę libro scribitur recordat⁹ sum, Nempe,

Ritmi & carmina seu cantilenæ in lamẽtatiõibus psalmis, alijsq; scripturæ voluminibus pedum dimensione carent. Et ob id, metra non sunt dicẽda quẽadmodum eos Hieronymus Eusebium sequens, male nominauit.

inter innumeras mortalium miserias & hanc etiã sub sole vidi, Multorum videlicet lachrymas iniuriam sustinentiũ & non erat qui eos consolaretur, atq; de manu illorum eriperet qui eis vim ac iniuriam inferebant. Sed, Grata superueniet quę non sperabitur hora. Et, Dabit Deꝰ his quoq; finem. Deinceps ipse vobis non deero si vobismetipsis nõ defueritis, neminiq; vestrũ operã meã negaturus sum vnq̃. quin potius diu noctuq; paratus ero omnia impartiri, atq; cõmunicare discere cupientibus, quecũq; nos hisce in linguis erũnali labore assequuti sumus. Verũ nunc munificentissimi principis nostri fideiq; defẽsoris beneficium eiusq; animum plane regium diligenter perpendere vos vellem altaq; mente reponere, qui ad lr̃arum vestrarũ conspectũ, vestris cõmodis continuo cõsulens, hanc nobis prouinciã iniunxit, & tum huius rei gratia quæ citra dubiũ non parua est, tum si quem per nos fructũ perceperitis, agere pro omnibus gratias regi beneficentissimo immensas. Immensus enim fuit in pręstito vobis officio illius animi affectus, immensum etiam erit deo bene iuuante, quod ex nostro marte vobis accedet. Dixi.

Exemplum literarum uniuersitatis Oxoniensis, quarum in Oratione meminit Autor.



SERENISSIMO Et potentissimo principi Henrico eius nominis octauo, Regi Anglię & Frãcię Dñoq; Hybernię &c. Cõmissarius & studẽtiũ coetꝰ Oxoniensis Salutem & foelicitatem.

INualuit hæc opinio iam olim apud priscam gẽtilitatem, Princeps illustrissime non aliud quicq̃ deum esse, quam mortalibus ꝓdesse, adeo ut quotquot apud seculũ prius, de rebus pub. benemeriti fuerant, uel lapsas erigẽdo, aut periclitantes protegendo, aut alio quouis beneficio affecerant, Deorum uocabulo dignata sit antiquitas. Quod si hac nostra itidẽ tempestate, phas sit, absq; ulla adulationis suspicione dei appellationẽ cuiq̃

cōmunicare, in neminem hominum iustius quadrabit q̄ in te, Rex potentissi-me & clementissime, qui tam copiose in nos nostrāq; Rempub. cōtulisti beneficia, tantūq; ueteres illos gentilium deos Eaon dhotiras superasti, quantum, non facile fuit illos aspirare ad tuam beneficentiam. Hijs tamen omnibus, uelut auctarium iusto cumulo accessisse interpretamur, quod tua aula (quae doctis, disertis & praeclaris uiris, non minus q̄ equus ille Troianus nobilioribus Graecorum proceribus, referta esse solet) adhibuit nobis nuper e Sacellanis tuis unū, D. R. wakfeldū hominē praeter uarias alias dotes, in hebraismo tam promptum atq; peritum, & (ueluti ex lectionibus apud nos suis facile erat coniectare) tam exacte callentem Syras atq; Arabicas l'ras, ut q̄tumuis alias eruditis, merito hic nemini cesserit. In hoc homine ut nemo quisq̄ ex auditorum numero desiderauit unq̄ in docēdo diligentiam, industriam aut sedulitatem, ita non mediocris dolor iam omnium animos tenet, ꝙ quae illae animis nostris inspersit hebraismi semina, iustam suam maturitatem assequi non possent, cum is abierit. Coepere nonnulli se huius sacrae linguae studio addicere, non tam hoc nomine, quod ea sit usus seruator noster Christus, quam quod bona pars mysteriorum diuinae scripturae, hinc pendet, haec, alioqui obscurissima, reddit sole clariora. Sed nunc altius & poenitius scrutari cupientibus, huius linguae & occulta, & abdita negatur ꝙ eum, quem nos tanq̄ ducem itineris sequeremur, tuae maiestati debitū obsequium diutius hic manere nō sinit. Proinde operaepretium duximus, Princeps serenissime, quoniam haec res in Academiae nostrae utilitatem non mediocrem cedere iudicabatur, rogare tuam Amplitudinem omnes, ut si non maiora negocia impedierint, permittat proximo uacationis tempore, huc hebraicas literas iterum professurus reuertatur. Agnoscimus q̄ non difficilem se solet prebere tua clementia, cum quidpiam, quod uel ad augmentū fidei, uel promouendam meliorem litteraturam spectat, poscitur. Hoc itaq; si nos exorare permiseris, declarabit tua augustissima celtitudo copiose, & quanto fauore rem literariam prosequaris, tandēq; persentisset, quāta hinc cōmoditas emanauerit, non nobis solum, sed uniuersae quoq; Britanniae, cum tot passim offendentur, qui suo scripturas loquentes idiomate intelligent. Valeat tua potentissima Maiestas q̄ diutissime. Oxoniae. E Domo congregationis nostrae, quartodecimo Kalendas Octobris.

Eaon dhotiras, id est bonorum largitores.

¶ Syntagma de hebreoꝝ codicū incorruptione.


Llud vero quod asserūt nōnulli a Iudęis videlicet, libros veteris instrumēti corruptos ac falsatos, q̄ ineptum sit, vel hinc probari potest. Quis prudentior, doctior, eloquentior Origene eorūdem assertore inueniri potest? Audiendi igitur non sunt illi qui veritatem scripturę diuinæ infallibilem esse negant in codicibus hebræis ceu fonte ex quo omnes alię translationes tam. lxx. interpretum & aliorum gręcę q̄ Hieronymi & cęterorum latinę emanarunt. Si enim hebraicam veteris testamenti scripturam violatam esse volunt huiusmodi, fateantur oportet id ante Christum vel post ipsum contigisse. Nam vnum de his duobus necessario verū est, id quod & diuus Augustin⁹ asseuerat in epistola quadam ad diuum Hieronymū super eadem re interrogans. Si ante Christum, respondeant Augustino qui nulla inquit, ratio est, cur āte Christū Iudęi suos libros corrūpere deberēt. Post Christū, autē corruptos credere stultū est, aiunt diuus Hieronymus & Origenes, cuius verba citata ab ipso Hieronymo in cōmentarijs Isaiæ nūc subiungā. Quod si aliquis dixerit hebręos libros ab Iudęis esse violatos, audiat Origenē quid in octauo volumine explanationum Isaiæ huic respondeat quęstiunculæ. Quod nunq̄ domin⁹ Iesus Christus saluator noster & Apostoli, qui cętera crimina arguunt in scribis & pharisæis, de hoc crimine quod erat maximū reticuissent. Sin autē dixerint post aduentū domini saluatoris, & predicationē Apostoloꝝ libros hebræos fuisse falsatos cachinnū tenere non potero vt salua

Scripturæ a Iudeis corruptæ non sunt.

Capite sexto.

Origenes eos ridet, qui Hebreos codices dicūt a Iudeis esse corruptos.

tor & euangelistæ & apostoli, ita testimonia protulerint vt Iudæi postea falsaturi erant. hec Origenes. Porro sciendum has quas recentiores vocant corruptiones Iudæorũ in sacra scriptura, factas fuisse annos ad min⁹ centũ ante Christi aduentũ, quo tempore, nullo certe animini deprauati adfectu moueri poterãt ad viciandam vel violandã ipsam veritatẽ, quãq̃ post Christũ, ꝓpterea putari possint aliqua de codicibus suis, vel subtraxisse, vel in eis corrupisse, ne illis testimonijs de christiana fide cõuincerentur. Sciendũ etiã est Ionathan chaldaicũ paraphrasten cui nõ minorẽ fidẽ hebręi attribuũt q̃ ipsi scripturę, Onkelũ, lxx. interpretes, Origenẽ, diuũq; Hieronymum eas vbiq; sequutos, & quod maximũ est nec Christus ipse, nec euãgelistę nec Apostoli eas improbarũt, haud quaq̃ id prętermissuri, si prorsus dãnandæ fuissent. Sed qui potest (inquietis) hoc fieri, vt omnes hi sequuti sint Iudęoꝵ corruptiones? Interrogatio plane prudens est & digna quęstio quę non imperite soluat̃. veritas igitur hęc est, quod ea que a recentiorib⁹ latinis vocatur corruptio sapientũ siue scribarũ (qui huius mutationis autores fuerunt) ab hebręis vocat̃ tikkun sopherim, id est, ornatus, correctio ve scribarum vel legis verba ponderantiũ & numerantiũ. Propterea quod que eis blasphema videbantur, absurda, obscœna & turpia, mutarunt in verba pia, honesta atq; verecũda. Si qua vero alia sapientes & scribe siue Anshe chêneseth haggedhola, id est, viri illi ecclesiæ siue synagogę magnę, aut alij correxerunt, que primo posita fuerant, sicut & ea

Vbi est scriba? Vbi ẽ legis uerba ponderans? Epistole ad Corĩthios primæ. ca. 2.

que eis turpia ac obſcœna, impia, blaſphema ac abſurda videbantur: vel adhuc remanent aſcripta in marginibus librorũ, vel in cõmentarijs probatiſſimoꝝ autorum, aut in libro certe qui dicitur Siphre, vbi mehem harbe mephoraſhim, id eſt, multa ex eis ſunt declarata, teſte cõmentatore ordinario, capite primo Habakuk. Vnde apparet manifeſtiſſime, teſte etiam magiſtro Conrado Sũmerhart in Tripartito ſuo de verbo incarnato, ꝙ ob cauſſas dũtaxat quas illi rationabiles eſſe putabãt, olim ab eis ante Chriſti aduentum, alteratæ ſint aliquot verborũ in ſcripturis vel litterę vel apices, aut certe ipſa verba in totũ immutata, que tamen ſtudioſos ſanctæ linguæ non fugiũt: & ꝙ nihil ab eis in diuinis legibꝰ in defenſionem ſui erroris, malo animo vel odio Chriſti aut nr̃i vel corrũpendę ſcripturę, veritatiſue celandę cauſſa immutatũ aut ademptũ fuerit. Sed ꝙ diuini cõſilij, diuitiarũq; ſapiẽtię & ſciẽtię eiꝰ altitudinẽ nõ ꝓpendentes, atq; Dei quidẽ zelũ habẽtes, verũ noꝝ ſcd̃m ſcientiam, quum talia damnet Hieremias propheta, &, Vere mendacium operatus ſit ſtilus mendax ſcribarum, quia Dei viui verba peruerterunt: & ꝙ quadã ducti religioſa pietate (ne, videlicet, propter talia irriderent gentiles & Infideles ſcripturã Dei, aut impijs dareť anſa blaſphemię, vel certe ſimplicibus Iudęis preberetur impietatis occaſio, & vt ſanctificaretur *ſhem haſhſhamaijm bepharheſia*, id eſt, Dei nomen in publico) id plane fecerint, qualis certe pietas in chriſtiana eccleſia, ſi res diligenter excutiatur, eſt nimis magna. Imo, lxx. interpretibꝰ obijciũt fortiter cor-

Ob rationabiles cauſſas contendũt nõnulli iudæorũ doctores, olim alterata a patribus eorum eſſe aliquot ſcripturarum uerba.

Cap. 8. & 23.

Cauſſæ cur in ſcripturis nonnullorũ uerborum litteræ, a Scribis & Rabinis, ſunt immutatæ.

ruptionē illius loci, qui pcipue notatur ab his (Paulo, videlicet, episcopo Burgensi, Lyrano, Porcheto atq; Galatino qui eius compilator fuit) qui dicunt hebraicos codices esse corruptos. Is est ex psalmo xxij. vbi grece legitur scdm. lxx. interpretū translationem *Oryxan*, id est, foderūt, quā & Arabica sequit atq; Hieronymus p eo ponentes [illegible] id est perforarunt, vel fixerunt. Pro quo, in hebræo & psalterio Nebiensis episcopi ad hebraicam veritatē translato, est *Caari*, id est, sicut leo. De quo, in margine loci eiusdem, e regione ipsius dictionis *Caari*, id est, sicut leo, adnotatio seu scholion ab hebræis dicta, *Massoreth Ketanna*, talis ponitur. Bis tantū in omnimoda scriptura per Kamets sub Caph notata inuenitur dictio *Caari* (in prenominato videlicet loco & Isaię capite. xxxviij. vbi in margine quoq; figura litterę hebraicæ Beth quæ, bis, denotat, ponitur) idq; in duplici omnino significatu. Quod Felix Pratēsis non intelligēs & *Kamtsin* vt videtur, putans esse *nimtsin*, sic illud in suo psalterio ad hebraicam veritatem infeliciter transtulit, Bis tantum in sacra scriptura reperitur dictio *Caari*, id est, sicut leo. Quod quidē falsissimū est. & cōtra testimonium Massoreth (quam ipse glosam hebręā vocat) Numeri cap. xxiiij. vbi, sicut & Ezechielis cap. xxij. Caari puncto Pathach subnotatum reperitur, & ita de eo in Massoreth illa minore scribitur. Quater in scriptura sacra reperit dictio Caari, bis videlicet per Kamets sub lra Caph, & bis p Pathach sub Caph, notata. Ad hec, reperio ego Caari per Pathach sub Caph Numeri cap. xxiij.

Galatinus a Porcheto sua pleraq; suffuratus est.

Caari, non bis tantū extat in oimoda scriptura, quē admodū felix dicit, quis ibi quinquies repitur.

ſic, Vechaari, id eſt, & ſicut leo. Vult pręterea Felix Talmudiſtarum & Rabinorum ſequens adinuentũ, vt Caari in pſalmo. xxij. legatur caru, ſic, כָּרוּ & ꝙ illic per metapœeſin (qua litteræ iehu inter ſe ſepe mutantur) foderunt, ſignificet (Nam ſcd̃m ipſum littera Iod cum ſhurek ibi pro Vaf ſhuruk locatur, ſicut Oſeę cap. decimo Honotham per Iod cũ Cholem poſt litterã Haijn ſcibitur, ſed per Vaf legitur) verum ſcribatur Caari, ac, quaſi leo, denotet Iſaiæ cap. xxxviij. Atq; ad hoc quidem probandum ſtatuendũq;, quendam librum ſe vidiſſe narrat, cuius gloſſema hoc idem dicit. Caru videlicet, legitur & Caari ſcribitur, ita vt littera Alef quieſcens, ocioſe ſuperflueq; interſeratur. Quod tamen vſus linguæ omnino non fert. Nam nulla ordinis & claſſis cara, id eſt, fodit, para, id eſt, fructificauit ſeu creuit, & ſimilium verba, litteram Aleph quieſcentẽ & ſuperuacaneam inter radicales litteras aſciſcere ſolent, ſed verba tantum monoſyllaba vti ram, id eſt, exaltauit, kam. i. ſurrexit, & ſimilia. At nunc vt ab illis que ante ſcripſi, denuo auſpicer, non fortiter tantũ corruptionem Caari. lxx. interpretibus obijciũt hebręi, Sed & producunt ad probandum illorũ errorem litterarum ſimilitudine Iod & Vaf deceptorũ, nonnulla alia loca ſimilia, in quibus pari modo lapſi ſunt. Quorum ꝓculdubio pręter illa que recenſuit Hieronymus non paruus eſt numerus. Quanq̃ hic in defenſionem. lxx. interpretum dici poſſit, quod ꝓ Oſan Oryx, id eſt, tanq̃ leo vel rugiens, in exemplaribus. lxx. qui nouis rębus noua finxerunt nomina,

Iod per ſhurek & q̃n̄ӡ ꝓ cholem punctatur, uerũ ob mutuã iehu transmutationẽ, Vaf loco tũc ponitur, ſicut cõtra, Vaf cũ chirik, Vim uicẽq; Iod retinet, ſic cochiſ. i. uirtus ſeu efficacia eius, pro cochi. pſal. 102.

In monoſyllabis tantũ uerbis Aleph ocioſe iterponitur.

corrupte forsan a librarijs scriptum sit Oryxan, id est, foderunt. Ad hec, sensum scripturę, apud se nō esse violatum contendunt nec fortasse reuera violatus est, Nam etiam sicut hebręi legunt, si suus mos ac linguę serus & eclipsis considerentur, quę in scriptura occurrit frequētissima, potest hoc certissimū fidei nostrę testimonium intelligi de Christo, sic, Sicut leo, scilicet cauda circūdat ac ea, quasi ligat que rapit animalia dentibusq; cōterit ac mordet, ita fęri Iudęi malignantiū cōuentus, manus & pedes meos funib9, scilicet, circūdederūt ac ligarūt & clauis pforarūt atq; trāsfixerūt. Est enim *Mikra katser umesoras* verborūq; structura p linguę more defectiua, & idcirco necessario nōnulla sūt subaudiēda, atq; scdm Hezraidē Cordubensē *Taham caari dauek bim bikkisuni* quē in cōmentarijs psalmi huius, Dauid Kamchi quoq; in hoc sequitur. Quanq ordinarius apud hebræos Bibliorum expositor & interpres Chaldęus Contriuerunt vel Momorderunt, vice obsederūt aut cinxerunt, subintelligant. Dauid Kamchi verba sunt hec.

Verbū unū iuxta linguæ sanctæ idioma, duabus clausulis hic seruit.

Ki bikkiphuni chemo haari shemmakkiph biznauo lijabar uechol chaija shettire othah behagola lo thetse mishsham mimora haarie umippachdo ualeesphu iedhehem ueraglehem uciymtsa haarie terepho bethoch hagolatho. Hactenus Kamchi. Qui in responsionibus suis super quibusdam psalmis & cōtradictionibus quas cōtra nos christianos collegit, quos *min Ieshu hannotsri* id est de Iesu Nazareno vocat *notsriijm* id est, Nazarenos, affirmat quoq; caru de significatione fossiōis, nos corrupte legere loco Caari. i. quasi leo. Priora eius verba ita pene de verbo ad verbū latine sonāt.

Quoniam circũdederunt me quaſi leo qui in ſylua circulum cauda ſua efficit, omniſq; færa quæ ipſum girum & orbem rotundũ videt inde non egreditur ob timorem ipſius leonis eiuſq; formidinẽ, ſed colligunt ac contrahũt manus pedeſq; ſuos & ipſe leo in medio ſui circuitus prędã ſuam arripit. Hec ille. Ipſi deniq; chriſtiani codicum vetuſtiſſimorũ tam impreſſorum quam ſcriptorum conſenſum videntes & veritatẽ loci illius exactius perpendẽtes, hoc ita eſſe coguntur fateri, vt epiſcopus ille quem ante nominaui, in ſuis in pſalmos annotationib⁹. Quanq̃ in commentarijs. R. Moſis haddarſan, quem Iudęi chriſtianum fuiſſe credunt, legerim caru, id eſt, foderunt, ab eis in Caari, id eſt, quaſi leo, verſum. Nebienſis verba in Octaplo ſuo ſunt hec. Nec aſſentio dicentibus hebręos hũc locum corrupiſſe, quod ex noſtris arbitrantur multi, qui dicunt legendũ apud hebræos caru deducta voce a verbo cara, quod fodio ſiue figo ſiue vincio ſignificat. Loca eni omnia quę hebræi corruperũt, ſtudioſos huius linguæ non latent & ipſe in noſtris ſcholijs diffuſe de illis diſſerui, inter que hic locus nequaq̃ numeratur. Hactenus Nebienſis epiſcopus. His ita dictis, producam in medium ingenue omnia que contra hebraicos codices dici poſſunt, & reſpõdebo omnibus quecũq; poſſunt obijci. Nam iccirco nominis cũ aduerbio ſimilitudinis, Caari, videlicet. i. quaſi leo, quod & gręci & latini conſtanter legũt, caru, id eſt, foderũt, non illibẽter prolixã hic feci mentionẽ, propterea, ꝙ de eo maxime dubitetur, controuerſiaq; ſit non

parua. Reuera de vndecim dictionibus per Scribas & Rabinos ob honestiorem earū sonum immutatis vna non est, id quod vel per ea que iam subiungerē, si impressor characteres haberet hebraicos, perspicuum euaderet, Et quia sequitur in eodem psalmo. Erue de manu canis, & salua me ex ore leonis, videtur etiam in fonte seu originali, debere Caari esse: ad quod refert Dauid hoc posterius leonis verbum, sicut canis vocabulum, ad canes consiliū &c. ipsum Caari paululum precedens. Nisi, quod huic coniecturę responderi possit, prędictum leonis vocabulum respondeat verbo, Leo rapiens, in initio psalmi ante & primū posito, quod mihi sane nō satisfacit. Quicquid itaq; dicat Felix Pratensis (qui quendam librum se vidisse fatetur in cōmentario, vel, vt ipse loquitur, glosa habentem caru cum Iod shurek, sic enim iuxta eam legi debet in psal. xxij. licet ibidem Caari scribatur) Nullus, Deum testor, veteris instrumenti seu instructionis & doctrinæ codex hebraicus, quem varijs in regionibus videre potui, siue is vetustissimus ac integerrimus, script⁹ ac membranaceus fuerat, siue impressus & papyriceus, etiam medhuiak, hoc est, regulatus, & artificioso iudicio seu subtili consideratione castigatus ac correctus, caru, id est, foderunt, habebat, sed omnes ad vnum vsq; Caari, id est, quasi leo. Glosa insuper hebræa, cuius Felix Pratensis meminit, quæ, vt ipse ait, autoritate æquat ipsum textum iuxta plurimorū Iudęorū confessionem, sine dubio non est Massoreth (id est, Allegatiō vel traditio potius & marginale

[Vide. R. Salomonē in cōmentarijs super primū Malachiæ atq; Habakuk caput.]

[Medhuiak, id est, per grāmaticā correctus.]

[Quid est Massoreth?]

In massereth, probatissimorũ ac uetustissimorũ exemplariũ lectio conseruatur.

ſcholion in quo germana ſacrorũ bibliorum lectio traditur & exemplarium hebræorũ diuerſitas indicatur) quæ tamen apud Iudæos ſola ſibi hanc vendicat autoritatem inter gloſas. Vellem igitur vt Pratenſis, qui hic adeo ambigue & dubie loquitur, vt ſcire nequeas an per gloſam, codicis marginẽ ſignificet, nobis nomen illius gloſæ quæ apud Iudæorũ pleroſq; tantæ eſt autoritatis, in gloſa ſua ſcriptum reliquiſſet. At Caari nunc miſſum faciam, & fateor hebręorum Scribas ac Rabinos quedam ſcripturarũ verba non in contextu corrupiſſe, ſed, neſcio ob quam ſtultam verecundiam, honeſtioris dumtaxat ſoni cauſſa in margine mutaſſe, vt Iſaiæ cap. xxxvj. chorehem, id eſt, ſtercora eorũ, in tſoatham, id eſt, egeſtionem eorũ, & ſhainehem, id eſt, vrinas eorũ, in meme raglehem, id eſt, aquas pedum eorum, id quod quidem teſtatur ibidem etiam ordinarius bibliorum ſacrorum interpres apud hebręos in commentarijs, vbi cum iſtis cõnumerat Iiſhgalennah, id eſt, futuet eam, aut, vt concubinã ſeu ſcortũ tractabit, & Hapolim. i. mariſcas Deuter. cap. xxviij. Que conſimiliter a Rabinis in margine, ob elegantiorem & honeſtiorẽ ſonũ, immutata ſunt in Iiſhcauennah id eſt, iacebit ſeu dormiet cũ ea, & in Tachorim. i. ficus vel hemorrhoides, Deutero. cap. xxviij. In oĩbus enim iſtis & ſimilibus mutauerunt Scribę & Rabini vocem, vt illis videbatur, turpem & obſcœnã quam in textu dimittunt integram & kethif, id eſt, ſcribendum, vocant, in honeſtam & vrbanã, quam in margine ponũt alterius loco, & Keri, id eſt, legen

Vide Hieronymũ in cõmentarijs ſup prophetas.

Chorehem, ſhainehem, Iiſhgalennah, & Apolim, in cõtextu ſcribuntur, uerum legũtur a Iudæis eorum loco, tſoatham, meme raglehẽ, tachorim & Iiſhcauennah.

dū, appellitant. Sicq; sciendū est, illos in illis omnibus reliquisse ascriptum etiam in contextu librorū sacrorū id quod primo traditū fuerat conscriptūq; a Moyse & ꝓphetis ac Agrographis aut certe quod per spiritum sanctū ab Hesdra instauratū est. Ita vt nihil a Scribis & Rabinis in huiusmodi, ademptum sit de scriptura vel corruptum, sed mutata quedam dumtaxat honestioris soni gratia, relicta veritate scripturę integra, presertim ad sensum, etiā in margine. Verba. R. Salomonis qui apud hebręos, interpres bibliorꝝ ordinarius est, ita se habent Isaiæ cap. xxxvj. in cōmentarijs. *Chorehem ulesbon naab tikkenu Sophe-rim likrotho tsoathbam. Cach shinnu rabbothenu mikraoth hakkettbuuim lignai korin othan lashevach kemo habpolim battachorim Iishgalennah Iishcauennah* &c. Sane nihil vnq̄ seruatum est sanctius q̄ hebræi sacrorum bibliorū lectionem seruarūt, & reuera a tempore Moysi atq; legis datæ semꝑ super omnes nationes vigilantissime curarūt, vt libri sacri & pręsertim Moyseos (quos in synagogis suis tanta cū veneratione obseruant eosq; in reuerentia habent, quanta nos in nostris ecclesijs Eucharistiam) puri, inuiolati & veri seruarentur. Id quod etiā Philo hebręorū disertissimus (de quo dicitur, aut Philo imitatur Platonem, aut Plato Philonem) in primo de Hypotheticis libro confirmat, sic inquiens. Mirabile nempe mihi videtur duobus annorū milibus, imo maiore tempore iam fere transacto, non enim exquisitissime annorꝝ possum dicere numerꝝ, nec verbū vnum in lege Moysis esse immutatū, sed centies vnusquisq; Iudęorū morietur, q̄ legi Moy-

Probabile est scripturam sacram ab Hezra partim immutatam fuisse.

Diligētissimi hebræi in libris sacris a corruptione seruādis.

saicę derogabit. Hactenus Philo. Quo cū, quantū ad verborū immutationem, cōsentit Albertus Pius Carporum comes illustrissimus, qui in apologia sua elegantissima eruditissimaq; ad Erasmi expostulationem ita respōdet. Scimus enim ab hebręis ea reuerentia sacras litteras attingi solitas, tantā vim eis inesse putari, vt non solum in dictionib⁹ earūq; ordine: sed in syllabis etiam, ipsisq; apicibus mysteria esse, consumarēt: in tantū vt voluminū characteres numerarent, cum a librarijs illa accipiebant: quorū si vel minimū superesse, deficere ve, aut vllā trāspositionem cōperissent, prorsus volumen reijciebant.

Græci & latini hebræis compa rati, segnes sūt atq; indiligētes circa libros sacros a corruptione seruādos.

Græca noui testamenti exēplaria corrupta.

Hec princeps ille de hebræorum diligentia in libris sacris a corruptione seruandis, Quibus cum gręci & latini hac in re collati, ꝓculdubio segnes sunt indiligentesq;. Quod vel sole clarius declarant noui testamenti exemplaria græca, que, lacerata, inuersa, mutilata, manca, varia & corruptissima sunt. Quod quidem in causa fuit vt Origenes testetur se non ausum reducere nouum testamentū ad concordiā: ꝙ apud ipsos fontes tantā videret codicū discrepantiā. Et ꝙ Erasmus noui testamēti codicibus gręcis a se ęditis nōnulla ex latinis translata adderet. At hac de re alias plura dicem⁹, & ex Hieronymo (qui Iouiniani stultitiā irridet, ꝙ sibi persuasisset codices gręcorū deprauatos esse omnes) ac Ambrosio nonnihil colligi eliciq; potest. Verum tamen hoc est, ꝙ in multis vbi dissident græci codices a latinis, nulla possit esse suspicio, ꝙ ab hereticis aut scismaticis græcis sint deprauati. Quod quidē responderi potest etiā

his, qui ab hebræis vbi nihil eorũ intererat, falsatos corruptosq; veteris instrumenti seu doctrinę codices obijciunt, ne veritas sacrorum librorum ex illis petatur, eorũq; socordia in linguis addiscendis, eis vicio vertatur. Quis enim, Augustin⁹ ait in libro de ciuitate dei.xv.credat Iudęos, dum nobis inuidẽt, quod lex & prophetę, ad nos interpretando, trãsierunt, mutasse quędã in codicibus suis, sibiq; abstulisse veritatem, vt in nostris minueretur autoritas? Nemo profecto, qui illorum religionem quã erga codices sacros obseruant, nouit. Imo intantũ studuere vt libri sacri a corruptione seruarenť, ꝙ omnium codicum diuinæ legis medietatem assignauerint & singulos scripturæ versus numerauerint, ac eorum summã reposuerunt in fine cuiusq; codicis. Quæ ratio partim quidẽ mouit Ptolomeum Phyladelphum Egypti regem (autore Iustino Martyre) vt suam magnã & memorabilem bibliothecam hebraica historia vnde.lxx.interpretũ æditio originẽ habuit, cum primis ornaret, vt pura, syncera, incorrupta & vera. Mihi suffragať. R. Moses haddarsan in expositione sua sup Genesim, sic inquiẽs. Ex hoc autem vocati sunt viri synagogę magnę sopherim, id est, numerantes: quia ipsi numerauerunt singulas dictiones ac litteras omnes quæ in lege sunt: & eas inquisierunt atq; exposuerũt, nedum apices & puncta per vniuersam scripturã ponderarunt, ac peculiarem rationẽ habuerunt. Profecto quoties consydero incredibilem istam curã & diligẽtiam, qua Biblia sacra per Iudæos a corruptione seruata sũt, qui

Cap. ii. uel. 13. Vbi hoc reputat absurdũ esse & a nemine credendum.

Incredibilis hebræorum diligentia in libris sacris a corruptione seruãdis.

Sigs. G ii

are miss

this book

continue

End. from

ii, iii & iv,

ssing from

k.

ed at

m: 4°. F. 21. Th. Seld.

tamen hunc nobis thesaurum, non sibi (atq; iccirco ab Augustino, capsarij nostri, vocitati) propter velamen, quo oculi eorum obtecti sunt, custodierũt: admirari vna cũ Felino & exosculari cogor immensam Dei in nos ingratos adeo bonitatẽ, qui tam illibatas nobis cœlestes istas opes seruarit, & per gentem, qua nulla nostrę religioni, ęque infesta est, talmudicas fabulas illorũ etiam studio pręferentẽ. Ad hec, Nihil vnq̃ corruperunt Iudęi quod ad Messiam vel Christũ pertineat, in quã rem etiam si voluissent omnes vnanimes cõspirare, non tamen id facere potuissent, quia vetus testamentũ, non solum in lingua hebraica scriptum fuit, sed per translationem etiam in gręca, Arabica, chaldaica & ęthiopica seu Indica. Quomodo igitur potuissent Iudęi etiã si voluissent omnes codices alienarum linguarum in quas hebręi translati fuerant, nationum etiam remotissimarum corrumpere? Porro nihil possunt corrumpere Iudęi quod tangat Christum, quod idem non tangat etiã suum Messiam, quem æque illi venturum expectãt, atq; nos scimus venisse. Nulla est itaq; ratio, si hæc tollatur, quę vnq̃ deberet mouere Iudęos vt corrũperent scripturam. Nam qui scripturas corrumpere solent, duabus de causis id faciunt, vna, vt confirment sua, altera, vt destruant aliena. Sed Iudęi corrumpendo diuinam legem, nec sua possunt confirmare, nec nostra destruere, sequitur ergo nihil ab eis in ea odio Christi aut nostri, corruptũ fuisse. Maxime quũ illa ipsa hebraicę linguę volumina non tantũ apud infideles & Iudæos inueniantur, sed in ma-

prẹterea in p̄fatione ante Genesim, velud dictū ab=
surdū inducit, ac eos responsione indignos insigni=
terq; stultos æstimat, qui in vetere testamento exem
plaria latina grecis veriora autumant, aut græca he=
braicis emendatiora. Siquidē illic sic loquit̄. Quod
codices hebrẹi habent de Christo. lxx. interpretum
codices non habent. Aliud est si contra se postea ab
Apostolis vsurpata testimonia probauerunt Iudæi,
& emēdatiora sunt exemplaria latina q̄ grẹca, & grẹ
ca q̄ hebraica. sup̱ que verba, de sancto Victore ita
scribit Hugo. Igitur o emule qui tantopere. lxx. in=
terpretes defendis, quid liuore torqueris cum au=
dis illos reprehēdi? Sicubi tibi in trāslatione videor
errare, interroga hebrẹos vtrū, scilicet, nostra an il=
lorum trāslatio verior sit. Illi tibi dicent: quia quod
illi habēt de Christo tui codices scd̄m. lxx. interpre
tes scripti non habēt. Quod si dicere volueris, iccir=
co hebræos testimonia ab Apostolis falso vsurpata
habere, cū in translatione. lxx. non inueniantur: quia
ea postea prolata habuerūt librisq; suis ascripserūt:
hoc iam aliud est defensionis genus, in quo tamen
verisimilitudo nulla est, cum illi non solum falsa re=
fellere, sed vera etiam si possent, libēter negare vel=
lent. Postremo si dixeris iccirco magis approbandā
esse translationem. lxx. q̄ hebraicā veritatem, ꝙ ve=
riora sint exemplaria grẹca q̄ hebrẹa: & latina q̄ grẹ
ca, nihil proficis: cum econtrario veriora sint grẹca
q̄ latina, & hebrẹa q̄ grẹca. Hacten⁹ Hugo. Prẹterea
Si in veteri testamento emendatiora sunt latina ex=
emplaria grẹcis & grẹca hebrẹis, cur in eo Lyranus

Burgensis, Porchetus, & Iacobus de Valentia, tam multa cōuellunt loca adeoq; ex hebręorum codicibus mutant? Cur in rebus admodum serijs hebraicam veritatem passim citant omnes? Clemens, scilicet, vt inquit Hieronymus, omnium doctissimus, Alexandrinæq; ecclesiæ presbyter, Origenes, Eusebius, Didymus, & alij ecclesię magistri. Cur Hieronymus ac Augustin⁹ gręca & hebręa pręcipiunt volumina petere, vbi quippiā scrupuli, aut mēdi nouo veteri ve inciderit in instrumento? Profecto ipse rationē nullā inuenio, cur tāti viri inemēdatiorib⁹ pręciperēt emēdatiora corrigi. Augustinus deniq;, etsi lxx. interp̄tib⁹ addictissimus esset, linguæq; hebręę iniquior q̄ par erat, quia eius ignar⁹, hec tamē de hebręo℞ codicū veritate ac fide in libro de ciuitate dei xv. scribit. Recte fieri nullo modo dubitauerim, vt cū diuersum aliqd in vtrisq; (id est. lxx. & hebręo℞) codicibus inuenitur, quandoquidem ad fidem rerū gestarum vtrūq; esse non potest verū, ei linguæ potius credatur, vnde est in aliam per interpretes facta translatio, & iterum cap. xiiij. eiusdem. Illa vero numerorū varietas, quę inter codices hebręos inuenitur & nostros, neq; de antiquorū longeuitate dissentit: & si quid habet ita diuersum, vt verū esse vtrūq; non possit, rerum gestarum fides ab ea lingua repetenda est, ex qua interpretatum est, quod habemus. Hec ille. Reuera hoc ipsum ipsa docet ratio, & ante illum id scripsit Hieronymus. Qui in pręfatione Paralipomenon ita ait. Vt laborē meū hebręis & quod his maius est Apostolis autoribus comprobē, osten-

Cap. xiij.

dēs illa de euāgelio ex egypto vocaui filiū meū &c. Ceteraq; his similia testimonia, in hebręorum libris inueniri. Certe Apostoli & Euangelistę. lxx. interpretes nouerant, & vnde eis hec que in. lxx. interpretibus nō habentur? Ad hebręos igitur codices reuertendum est, vnde & dominus loquitur & discipuli exempla pręsumūt. Et in cōmentarijs sup Mattheū, Respondeant qui hebręoꝝ voluminū denegant veritatem vbi hoc testimonium Ex ægypto videlicet vocaui filium meum, in. lxx. legatur interpretibus. Quod cum non inuenerint, nos eis dicem⁹, in Osea propheta hebraice scriptū. Item in epistola ad Damasum papam ac alibi quoq; sic ait. Restat ergo vt omissis opinionum riuulis & erroribus quib⁹ totus mundus repletur, ad ipsum fontem: vnde ab Euangelistis desumptū est, recurramus. Nam ex hebræis codicibus veritas exprimenda est. Hactenus Hieronymus. Ex quibus verbis, & illis que ante scripsi, vt opinor, liquido satis iā patet, Hieronymi verba quorum ante memini, non de originalibus veteris testamenti codicibus debere intelligi, sed de Iudęorum extortis, violentis, atq; spiritu destitutis interpretationibus cōtra nos confictis. Qui enim aliter quęso fieri potest vt in Christi prophetijs quę de exemplaribus hebręoꝝ, vt ipse ait, ab Euangelistis & Apostolis citanẽ, veritas exprimatur, si ea illic mendosa reperiantur? Sane, vt quod est verum fatear, inter nos qui Christi censemur nomine & gentem inimicam, Iudęos videlicet, ꝑparū est discriminis, imo discordia hinc tota maxime oritur, id quod vel ex episto=

Ab hebraicā linguā currēdū est tanq̄ ad scientiæ fontem.

Quemadmodū Lyranus male intellexit.

Discordia, quae est iter Iudaeos & nos hinc tota precipue pendet q ipsi sequūtur litterā occidentē, nos autē spiritum uiuificantem.

lis Pauli & procemio Hieronymi in sextū cōmentariorū Hieremię librū potissime liquet, q ipsi exosses & spiritu destituti legem Moysi & Dauid psalmos scd̄m litterā quae occidit ac historice interpretētur, & prophetarum dicta sub Ilimmeno suo, cuius aduentum adhuc expectāt miseri, carnaliter explenda contendant, Nos vero, quia Paulus dixit, lex spiritalis est, scd̄m spiritum qui viuificat, imo spiritalia spiritalibus comparamus. Quandoquidē propheticis in locis qui Messiae aduentum pollicentur & eius diuinitatē declarant, de quibus, nobis est cū illis controuersia, eorum libri cum latinis vbiq; fere consentiunt, nec de littera ferme aut scriptura, vt Iohānes Picus ait, quęstio fuit vnq̄, sed de sententia semper atq; sensu litterali (qui spiritualis nō esse nō potest, quum lex ipsa spiritalis sit, id quod & Origenes sentire videtur, qui historiā raro tangit, sed in allegorię interpretatione totus versatur) Siquidem illi, de eis loquor qui post Christum scripturas sunt interpretati, & non de hebręis qui Christum pręcesserūt, illi, inq̄, pleraq; mysteria in diuersum sensum in cōmentarijs exponunt, misere scripturas, torquentes & inuertentes quo sua propugnent: litteręq; seu historię nimium hęrent atq; in morem serpentis terrā semp comedūt. Quod vnico exemplo tibi candide ac erudite lector sufficiat nūc declarasse. Nam cum in eorum prophetijs promittitur quod Messias hoc est, Christus eos liberabit de captiuitate, & reducet in terrā ꝓmissionis ac Hierusalem, & in templo gaudebunt, atq; per ipsum congregabunt. Ipsi occiden

Origenes litterā sensumq; carnalem adeo contemnit, ut historiā ueteris testamenti nonnunq̄ fabulas uocare aliquibus in locis uideatur.

tis litteræ tantũ amici hec litteraliter iuxtaq; litteræ corticem atq; superficiem sensumq; humilem intelligentes dici de captiuitate mundana & de terra promissionis quę est Iudęa terrestris, similiter de materiali ac terrena ciuitate Hierusalem & templo: non possunt credere illum fuisse Messiam per quē eiecti sunt de illa terra promissionis dispersiq; atq; gentibus subiecti, & ciuitas destructa, ac dirutũ fuit templum. Que si spiritualiter & mystice de cœlesti Hierusalem, ipsam enim duplicem esse illis declarat vel nominis Ierushalaim terminatio, quæ numeri apud illos dualis est: & de captiuitate spirituali, demonũ scilicet atq; peccatoꝝ, de cœlesti terra viuētiũ, sicut nos, dicta intelligerēt, id quod & rei exitus eos docere poterat, agnoscere & cõfiteri vna nobiscũ cogerentur illum verũ fuisse Messiam a prophetis promissum, qui, vt & de eo testatur Marcus, potestatē habuit in terra dimittendi peccata, & per quem totus pene orbis de manu diaboli cui ꝑ idolatriam seruiebat, liberatꝰ fuit, atq; per quem qui ex ipsis in eũ credũt ad cœlestem promissionis terrã adducũtur. Quandoquidem posteaq̃ Christi fidem gentiles paganiq; semel susceperũt idolatria vbiq; gentiũ cessauit ac euanuit. Vt adimpleretur quod per Zachariam dominus pr̨edixit. In die illa dicit dñs perdam nomina idolorũ de terra. Huius parergi seu excursus ansam ac occasionē partim habui Iudæorũ post Christum obliquas, extortas & violentas, spirituq; destitutas interpretationes. Verum ad cœptum atq; institutum mihi tandem veluti postliminio redeun-

Hierusalem in scripturis duplex est, terrena & cœlestis, exitũq; apud hebræos dualem possidet, etsi ipsa numeri tantũ singularis sit, ut Ephraim.

Cap. 13. prophetiæ eiusdem.

dum eſt. De veritate ſcripturę hebraicę domeſticā habemus autoritatē non contemnendā. Nam Cardinalis Anglus cognomēto Eſton, monachus NorVVicenſis, qui, excepto pſalterio, vetus inſtrumentum totū ad verbū iuxta hebraicam veritatē trāſtulit, de hac re in præfatione ſua ſcribit. Quāuis enim Nicolaus de Lyra, & Paulus Burgēſis epiſcopus, ac alij nōnulli aſſerant per Iudæos biblion in multis locis corruptum, viſa tranſlatione Hieronymi, hoc tamen ego nunq̄ potui reperire. Hacten⁹ Eſton. Cuius tranſlationem vna cum duab⁹ partibus Dictionarij ſeu Lexiconis chaldaici, quod ſummo cum labore compoſui, & Auicenna atq; Alkorano Machometi, arabice conſcriptis, ac non paucis alijs voluminib⁹ latinis, gręcis, chaldęis atq; Arabicis, raris & precioſis, e domo mea apud Morgate in Londino, ſuffuratus eſt Monachus olim Carthuſianus Richardus Colier, vicari⁹ iā de Sittingburne. Idē deniq; Eſton noſter, Tiſſardus gallus, Armacanus, atq; alij complures narrant q̄ in hodiernam diem Bononię extet in ſacrario ędis diui Dominici, toti⁹ legis Moyſaicę liber, manu calamoq; ipſius Scribę & ꝓphetæ Heſdrę, qui & Malachias ab hebræis putat̃, ſcriptus: qui characteres habēs pulcherrimos ac optimos, ibi ſicuti theſaurus diuarum reliquiarū ſacratiſſimus nō minore religione curaq; cuſtoditur q̄ ipſi⁹ diui Dominici precioſum caput, ad refellendos Iudęorum errores, ſi quando aut impreſſione, ſua, aut ſcriptura labefactare corrūpere ve ſint conati. Quis quęſo hanc ſcripturā elegantē, nulla nec tinea, nec labe vi-

Iſtū nebulone, codices ſuos uidendi gratia, in cubiculū ſuum introduxit Autor.

Pentateuchum manu Heſdræ ſcriptū, Bononiæ in domo prædicatorum nunc cernitur. Teſtibus Eſtono, Tiſſardo, Armacano ac alijs, qui ibidem illud uiderunt.

ciatam, maculaq; carentẽ omni, verã & incorruptã non esse dixerit: quã ceu infra depictam, & ꝓphetę manus non vitulinis in pellibus, sed corio (cuiusmodi, cothurnos hac tẽpestate rosaceos, cerdones efficiũt) in voluminis modũ obtorto inuolutoq; nobis tradidit, & ipsius rei veritas, verã esse manifestissime comprobat? Incudẽ profecto, si vera narrant illi, eã nouissime diceretis exire, si videndi copia daretur, quæ ex tot annis ab eo veluti futura intuente, eaq; singula depingente, fuerat conscripta. Verum quomodolibet istud accipiať, siue credatur ab Hesdra scriptũ esse (huic enim rei fidem meam non obstringo sed fabulæ autoribus relego) siue non credatur, siue postremo ita siue non ita sit: satis tamen sufficienter, vt arbitror, ipse hoc in libellulo ostẽdi, temere a Lyrano, Burgẽsi, Porcheto, Iacobo de valentia, ac alijs quibusdam affirmari, codices hebræorum sacros odio Christi & nostri qui eius nomine cẽsemur, fuisse a iudęis studio deq; industria deprauatos. Quãq̃ in Talmudh in Massecheth Ieuamoth, id est, tractatu fratriarum, distinctione quæ incipit Haerel, ad eius extremũ prope, dicãt Rabini Mutaf shettehaker oth achath mittora vaijthkaddesh shẽ shamaijm bepharhesia. Hoc est, Bene fit, si e lege euellatur character vnus seu littera vna vt Dei benedicti nomen publice sanctificetur in precioq; habeatur & non in gentibus blasphemetur, id est, male audiat. Et iam iuxta pollicitationem meam, que cõtra sacros hebręorum codices obijci possunt, in mediũ hic adducã. Fortassis enim obijciet aliquis & quidẽ

Codices hebræi quoad eorũ litteras seu consonãtes, a Iudæis nõ sunt corrupti, sed ab eis deprauati duntaxat sunt in eorũ apicibus. De quo quidem nõ multũ refert.

Distinctione, id est, capitulo.

iuste, Hieronymus hac in re quā tu verā esse asseris, sibi non constat sed variat, pugnātiaq; scribit, & his que hoc in Syntagmate scripsisti, omnino aduersatur illud Hieronymi in cōmetarijs epistolæ Pauli ad

Cap. iij.

Galatas. Vbi dicit, hebręoꝝ codices in dictione כל

Responsio. R. Vakfeldi.

col, id est, omnis, corruptos esse. Possē sane si vellē & loc⁹ id hic pateretur, manifeste ꝓbare illud quod ibi dicit diuus Hieronymus de testimonio Paulino

Hieronymus in cōmentarijs sup epistolæ ad Galatas caput, male erroneeq; asserit Neminē. s. in scripturis inueniri a Deo maledictū, Et, nunq Dei nomen cū maledictione adiunctum.

Maledict⁹ videlʒ ois hom o q non permāserit in oibus que scripta sunt &c. ex Deuteron. ca. xxvij. desumpto, non esse verum, Sicut nec cōmentum illud quod ab eo curiose ibidem excogitatum est, quo se ostentat, Neminem videlicet, in scripturis inueniri maledictū a Deo. Et quod etiam propter id ibidem asserere videtur, vt post passionem Christi, scilicet, & in hebręis & in nostris codicibus (hoc est. lxx. interpretū exemplaribus) ab aliquo Dei nomen appositum sit in versiculo, Maledictus a Deo omnis qui pendet in ligno. Pro quo, in hebręo ad verbū habet̃ Deuteron. cap. xxj. Vbi cōsimiliter a. lxx. interꝑtib⁹

Dictio col, id est Omnis, supflue addita est a. 70 interpretibus.

addita est supflue quoq; dictio col. i. omnis, & non a Iudęis deleta. Id quod quidē pręter codicū hebręorū cōsensum & eorū cōmentaria atq; suā ipsius ex hebręo translationē, aperte declarāt interꝑtationes Symmachi ac Theodotiōis, Onkeliq; syri paraphrasis chaldaica (cuius, sicut neq; targi Ionathæ chal-

Hieronymus Targū nunq legit, & in chaldeo pparū nouit.

dęi, ne semel qdē ipse meminit. Fortassis, quia chaldęū ignorauit, aut in eo perpaꝝ certe nouit, id quod vel ex pręfationibus suis in Danielem, Iudith, ac Tobiā partim plane liquet) atq; Aquilę pontici æditio.

De qua, in epistola quadã ad Marcellam ipse sic scribit Hieronymus. Iam pridem cum voluminib⁹ hebręoꝝ æditionem Aquilę proselyti cõfero, ne quid forsitan propter odium Christi, synagoga mutauerit, & vt amicæ menti fatear, que ad nostram fidem pertineant roborandam plura reperio. Hec ille. Pro quo, inq̄, in hebræo ad verbum habetur Deuteron. cap.xxj. Ki Kilelath elohim talui. Maledictio enim Dei vel vilipensio seu despectio est qui suspenditur seu suspensus aut suspẽsio, si talui loco, tillui legat̃. Hoc est, Quoniã Dei vel Deo dedecus & opprobriũ est homo suspensus, in eiusq; ignominiam, iniuriã, contumeliam, & contemptũ tendit suspensio hominis, qui ad imaginem & similitudinẽ eius factus est. Iste enim sensus ex hebræo etiam elici potest pręter eum quem ex illo collegit Paulus epistolæ ad Galatas cap.iij. lxx.interpretes ibidem sequens, atq; etiã præter eum, quem in Radicibus habet. D. Kamchi. Quoniã, videlicet, ꝓpter Dei maledictionẽ.i. Quia Deo maledixit, suspẽdit̃ seu suspẽsus est. Qui ibidẽ fatet̃ quoq; Hemistichiũ hoc iuxta primã verbi Kilelath significationẽ iterꝑtari posse, hoc est, quoniã ꝓpter Dei despectionẽ seu vilipẽsionẽ suspẽsus est. Qui enim aspiciũt (inqt) aliquẽ in cruce suspẽsum, putant ac dicũt, qa Deũ despexit seu blasphemauit, patibulo adfixus est. Hacten⁹.D.Kamchi. Erasmus pręterea a Hieronymo non imerito in nominis Elohim deletione dissentiẽs, in annotationibus epistolę ad Galatas ita scribit. At ego nõ video causam admodum grauem, cur quisq̄ Iudęus voluerit Dei no-

Talui p kamets sub Taf notata, participium passiuum presens ẽ aut adiectiuũ nomẽ participiale, significãs suspendendũ i presenti. i. qui suspẽditur, vel in preterito, suspẽsũ. Verum p chirik & daggeso in lr̃a lamedh, punctata, sic, Tillui, abstractũ nomẽ est & suspensionem denotat.

Talui, presentis tẽporis participiũ ẽ, & igitur differt a nithla, id est, suspẽsus ẽ quod est preteritum passiuũ primæ coniugationis.

men aut ea radere, que pro Iudęis faciant, non contra Iudęos. Nam ijs optandū etiam erat, vniuersum hominum genus legi suæ reddi obnoxium. Et adeo volebant omnia que legis sunt obseruari debere, vt multa etiam adiecerint. Hec ille. Melius igitur & rectius Hieronymus fecisset, si codicibus .lxx. corruptionem & nominis col adiectionē ascripsisset, vel id quod primū in cōmentarijs Pauli nominatis de dictione col, id est, Omnis, dixit: tantum scripsisset illic de nomine Kainan, quod in Euangelio Luce habetur, cap. iij. Nempe, Incertū habemus vtrū .lxx. addiderūt Kainan (Genes. ca. x. & xj. primiq; Paralipomenon libri. cap. primo) an in veteri hebraico ita fuerit & postea a Iudęis deletum sit. Sicut Micheæ, ca. v. similiter dixit. Legimus iuxta .lxx. dūtaxat interpretes in Iesu Naue (hoc est Iosue libro) vbi tribus Iudę vrbes & oppida describuntur: inter cętera etiam hoc scriptū, Themo & Ephrata: hec est Bethleem &c. quod nec in hebraico nec apud alium inuenitur interpretem: & siue de veteribus libris erasum sit malicia Iudęorum, ne Christus de tribu Iuda ortus videretur, siue a .lxx. interpretibus additum, nequaq̄ liquido cognoscentes certum quid nouimus. Hec ille. Quanq̄ hebraice peritis illud, incertum esse non possit & pręsertim illis qui codicum hebræorū copiam possident, quorū quidē inopia vt opinatus est Porchetus, laborauit tamen Hieronymus, qui scd̄m eum etiam Talmud nunq̄ legit: magis certe libri magnitudine deterrit⁹ q̄ eius carētia, vt mihi ex ipsius Hieronymi verbis conijcere datur. Qui sic in

De nomine kainan maxime dubitat autor, an ex hebræorum codicibus deletū sit, an ex .70. interpretibus additum.

Hieronymus, vt ait Porchetus, Talmudh nunq̄ legit.

quęstione decima ad Algasiam scribit. Quantę traditiones pharisęorum sint, quas hodie vocãt Deuterosis, & quam aniles fabulę euoluere nequeo. Neq; enim libri patit magnitudo. Ac alibi, Et vt nihil eo℞ pretermittã quas Iudæi Deuterosis vocant. Verum ad nostrã iam dictionem col redeamus. Possem si vellem manifeste probare quod scripsit Hieronymus de dictione col, quæ in hebræo minime habetur, & Dei nominis appositione, de quo in opusculo nostro de.lxx. interp̄tũ erroribus, nõnihil dicemus, non esse verũ: sed admittam nihilominus in honorẽ ipsius pro vero. Adde igitur lector erudite reliqua que ibi diuus Hieronymus subiunxit, & mecũ plane consentiet. Dicit enim se castigasse ad Samaritanorum hoc est, veterum hebræorũ codices correctos illud quod in nouicijs corruptum reperat. Est hoc igitur quod ego dico, quod si vnus codex apud hebræos in aliquo loco sit corruptus, potest ad alium fideliorem corrigi. Nam negari non potest, quasdã etiam in illos etiam qui medhuiakim & per grãmaticam correcti sunt, irrepsisse mendas. Et nunc etiã illi alicubi reuera variant quandoq;, queãdmodũ ac lxx. interpretum & Hieronymi etate, qui ob id nonnunq̃ discordes sunt, vti ex Genes. ca. xiij, liquet, In corã Deo, vel in, conspectu Dei, quod scd̃m Hieronymũ in traditionibus hebraicis in Genesim, in hebręo non habetur, cõtrariũ habentibus. lxx. & Hieronymi translatione vulgata, atq; hebręorum codicibus qui nũc sunt in vsu. Negari inq̃ nõ potest quasdam etiam in illos irrepsisse mendas, vel casu vel im

Non modo hac etate sed & seculis. 70. ac Hieronymi, hebræi codices. uarij fuerũt. Quod quidẽ in caussis fuit q & illi quandoq; discordes sint.

peritia librariorum vel alia de causa, sicut cōtigit in omnibus latinis codicibus & græcis. At conferēdo inter se plures, etiam varios, veritas ꝓculdubio quę ab illis simul emergit nec ab vllo vno plene forsan exprimitur, deprehendi potest. Et frequēter accidit vt e pluribus varijs & mendosis exemplaribus sed non similiter mendosis reperiatur vera germanaq; lectio, Quę, scilicet, in plerorūq; consensu consistit. Quandoquidē si vere credidisset Hieronymus hebręos veteris testamēti libros a Iudęis fuisse studio deprauatos & corruptos eisq; esset diffisus: quę tandem insania, fuisset ipsum tot annos tantūq; laboris in ipsis vertendis insumpsisse? Vtquid nobis tradidit corrupta? Cur eius trāslatione vtimur aut pro ea digladiamur quæ ex corruptis emanauit? Quare suscepimus & colimus eam? Quamobrem fontem prępipit petere, vbi mēdi aliqd aut scrupuli in veteri inciderit Tora? Cur in illis codicibus, inq̄, sacris hebręis, multa asserit testimonia ab Euāgelistis & Apostolis citata reperiri, que in græcis. lxx. interpretum codicib⁹ non inueniuntur? Cur deniq; Ruffinum ridet, qui scripturę hebraicę veritatē recipere noluit? Esto igitur ꝙ vno aut altero loco iuste forsan quæratur Hieronym⁹ a perfidis Iudæis quosdam locos in nonnullis libris recentioribus fuisse falsatos: non ideo tamen perculsus est, quo minus ausus sit ex veterum & emendatorum codicum hebręorū autoritate aliorūq; interpretum translationibus restituere quod parum recte transtulerant. lxx. interpretes. Et ego etiam non tam insanio vt affirmē omnes singu-

lares sacros codices hebręos impressos, esse per totam scripturam incorruptos (in quibus tamen diligentiam incredibilē, tantāq; quantā in latinis Aldus Roman⁹, pręstitit certe Daniel Bombergus Antuerpiēsis, vir vel ob hoc, omniū sane seculoꝝ memoria dign⁹) vel omnes libros manu scriptos esse ex omni parte pfectos: sed hoc cōstantissime asseuero quod in vno horum longitudine temporis vicio ve librariorū seu impressoꝝ, aut alia de caussa est corruptū, ad alterū, vel ex cōmentarijs vel trāslationib⁹ posse corrigi, & in illis si inter se conferantur, veritatem scripturæ ab ore Dei prophetarūq; suorū prolatę in hodiernā diem pmanere. Quocirca, frustra stulteq; de illorum corruptione conquęritur, & a nonnullis dubitatur, pręsertim cū sacrorū Bibliorū exemplaria, castigatiora, magisq; cōsona in hebręa, q̄ in vlla alia lingua habeantur. Sed iam ad obiectiones mihi respondendum est. Potest enim & hoc mihi obijci, ꝗ in sacris videlicet codicib⁹ Apices & pūcta recte non sint vbiq; apposita, fateor. Et ob id in synagogis suis in hanc vsq; diem habent Iudæi Pentateuchum & Chumash siue Torath Moysi, quod ibi in armario summa cū veneratione reponūt, absq; apicibus scriptum: queādmodū ipsum reliquerant eius autor Moyses atq; eiusdem operis instaurator Hesdras. Qui legem illā scribentes sine punctis, & modū scribendi, docendi, legēdiq; res diuinas & vniualem continentiam per indeterminatū rerū diuinarū ambitū nobis ostenderunt. Fateor insuper perfidos Iudęos sępius quoq; ex additis punctis & apicibus,

Aduerte lector

Fraudis occasio ex punctis.

ansam corripere vt dictionū significantias inuertāt & mutent, atq; ita scripturæ sensum ad suā pfidiam deploratam quandoq; trahere repugnantem. Verū, vtrum duo illi inter Iudęos sui temporis doctissimi Ben Asher videlicet & Ben Naphtali, qui ea adinuenerunt, ita per fraudē quo nos deciperent ac illuderent de industria in locis illis qui ad fidem nostram non spectant, ea scripturę addiderūt, & odio nostri ac suorum gratia fauoreq;, aliam q̄ olim .lxx. interpretes, sequuti sunt lectionem legendiq; modū, vt illis doctiores quoq; viderētur? an ex inscitia ꝓpter sensuum obscuritatem & ignorantiam, id fecerint? alijs iudicandū relinquo. Hoc, certe verissimū esse scio, ꝙ in multis bene ac fideliter scripturā distinxerint ac punctauerint, eiq; cōuenientes & debitos simul ac tales, quales naturaliter exigebat, addiderint apices. Quod, vt sensus ordinē textusq; cōsequētiā ꝑtereā, nobis declarare potest vel sola .lxx. interꝑtū trāslatio. A qua tamen isti duo Rabini, quēadmodū ac Hieronymus, nōnunq̄ recto, iustoq; iudicio dissentiunt, & reuera veriorē q̄ in ea illi, sępius sequuti sunt lectionē. Sicut cōtra .lxx. interꝑtes quādoq;, q̄ isti duo (Asher videlicet & Naphtali filij) aut Hieronymus: meliorē. Id quod videre licet vel Isaiæ cap. vltimo, in Vinaktem, id est, & sugetis (& non, quēadmodū id gręce .lxx. interpretes ibidem male erro neeq; interpretati sunt, paruuli eorū, quod hebraice dicitur Ionekehem, id est, lactentes eorū) Vbi Hieronymi, & istorū duoꝝ Rabinorū manifesta deprehenditur hallucinatio, ne dicam malignatio. Quum

7c. interpretes ambiguitate lectiōis sæpius falsi sunt, sicut & Rabini atq; Hieronymus. Hoc aperte declarāt sensus ordo & textus consequētia.

dictionem hāc, ad superiorem sententiam seu orationem per Athnach, id est, colon, distinxerūt, reclamante nequicq̄ inceptiua particula, rationali littera Vaf. Ex prędictis liquet, quod non iisdem quibus nunc vtimur in hebraica litteratura pūctis & apicibus vsi sunt Moyses, patriarchæ & antiqui omnes, id quod tamen Iohannes Picus Mirandulæ comes olim pro comperto in epistolis suis sed indocte falsoq; verum asseruit: pręceptorē suum Mithridatem nescio quem & aliquot alios delyrantes Iudæos sequens. Quum nec accentibus nec apicibus, qui iam apud iuniores Iudęos, Syros ac Arabes, vocaliū vicem obtinent, vsi sint, Sicut neq; græcorū vetustissimi. Liquido nāq; hebraicæ linguæ peritis constat, huiusmodi virgularum apicūq; notas, quib⁹ hebręi nunc pro vocalibus & accentibus vtūtur, non in illa primeua sanctæ linguæ origine excogitatas fuisse, imo nec extitisse ab initio legis, sꝫ nouicias esse, atq; ad eius integritatem vsquequaq; pertinere minime. Id quod etiam asserit ille de Lyra Nicolaus, ordinarius Bibliorum sacrorum expositor apud nos, Oseę ca. nono. sic inquiens. Pūcta nō sunt apud hebræos de substantia litteræ, nec a principio scripturæ aut litterarum fuerūt. Vnde & Rotuli qui in synagogis eorum leguntur, sunt sine punctis. sed per magnum tēpus postea inuenta sunt huiusmodi puncta ad facilius legendū, que de facili quoq; mutari possunt, manentibus litteris. Hec ibidem ac alibi Lyranus. Falsus est igitur hic per Mithridatem & Iudęos Iohannes Picus sicut & in elementorum litteris quib⁹

Apicibus & accentibus nec uetustissimi græcorum nec uetustissimi hebræorum usi sunt.

Nouiciæ istæ sūt notæ, quibus hebræi nūc pro uocalibus utūtur.

Quarti, uidelicet regum libri cap. 8 Deuteronomii q; cap. 22. atq; Danielis cap. nono.

Hesdras legem chaldaicis lris scripsit, & non hebrais. Vide cohen gadhol libri sanhedhrin, id est, iudicũ ordinariorum.

lex Moysaica ab Hesdra scripta fuit. Quippe qui nõ vt Moyses, eam scripsit Bichthaf hiftı vlelhon hakkodlesh hebraicis lris sȝ Bichthaf asshurith vleshon arami Assyrijs. Quod sanhedrin dictũ in distinctione quæ incipit Cohen gadhol circa principium eius, si in Talmud legisset Picus, aduersus ea que in galeato prologo vera dixit Hieronymus quem & Laurẽtius Valla in castigationibus noui testamenti rectius sequitur, ita non reclamasset. Percontatus videlicet sum ego sepe Mithridatẽ & multos hebræos de his que apud Hieronymũ in galeato prologo leguntur, vbi ille scribit eosdem olim fuisse Samaritanorũ & hebręorũ characteres. Hesdram autem post captiuitatem Hierusalem & instaurationem templi sub Zorobabel alias adinuenisse quæ nunc sunt in vsu.

Antiqua hebræorum litteræ.

Nescios se huius mutationis oẽs ꝑdicãt, & (quod est maius) pro comperto habent ijsdem quibus nũc vtimur in hebraica litteratura apicibus vsos & Mosem & patriarchas antiquos omnes. Cui sententiæ vt nunc mihi subuenit, fidem maximam facit scientia cabalæ, cuius scriptores qui cum ipso Hesdra in synodo fuerunt sub ipsis litterarũ characteribus & figuris quibus nunc legem descriptã habemus, dissimulasse Mosem diuina mysteria, & volũt & ꝓbant. Quod esse nullo modo posset verꝫ si alijs Moses ab his quibus nunc vtimur characteribus vsus fuisset. Quo tamen tutari dictum Hieronymi possim, hoc vnum habeo quod nuper legi in commentarijs libri quem pater antiquus Abraham de creatione edidit, dum enim duas & triginta portas quarũ meminit,

Hoc certe pici dictũ, falsissimũ est, & more suo Iudæi hoc fabulose narrant de mishna & Talmud.

Autores interpretantur, dicunt numerũ illum ex decem numerationibus & duabus ac viginti litteris cõflari. Reliquas autem litteras quæ sunt chaph, mem, nun, phe, tsaddi, duplicesq; dicũtur quarũ characteres sũt ץ ף ן ם ך ab episcopis siue prefectis additas fuisse. Hoc forte Hieronymus intellexit, cuius testimonium & haberi apud omnes omnibus in rebus debet, & habet profecto apud me sanctissimũ. Hacten⁹ in epistolis suis Iohãnes Picus. Vbi, sicut & in apologia sua, codices Mishna siue Talmudh, qui sex ordinib⁹, qui hebraice Sedarim dicũtur, cõprehensus, sexaginta volumina magna cõtinet, vocat kabalisticos: a Iudeis ꝓculdubio decept⁹ & illusus quos super hac re cõsuluit. Nam ipse illa ex auditu, certe scio, scripsit, rem non intelligens. Autor insuper Sepher ietsira, id est, libri creationis formationisve, cuius scholia vocat commentaria, non est Abraham patriarcha pater noster, vt Iohãnes Picus scribit, sed Rabi hakiba, preceptor, vt quidã autumant, Aquilæ Pontici, vnusq; inter primarios Talmud autores. Et in supputãdo atq; Gimataria æque finalibus lr̃is Chaph, Mem, Nun, Phe, Tsaddi (quas ad complementum nouem centenarũ Iuniores hebræi applicãt, etsi huiusmodi centenas, antiquiores hebræi per duas aut tres litteras explicent) vtuntur etiam Kabaliste ac alijs. Neq; de illis tantũ terminalibus, vt Picus non recte vult, intelligendus est Hieronymus illud dixisse sed de tota litterarũ vniuersitate, ꝙ eas videlicet omnes Hesdras nouarit. Quod quidẽ aperte declarat de tetragrãmato Iohoua vel

Talmud apud Iudæos, tantæ est autoritatis, & magnitudinis, quãtæ apud nos corpus iuris.

Picus libros Talmudicos, vocat kabalisticos.

Sic græci in suo Alphabeto, loco numeri senarij addiderũt episimon, & loco nonagenarij aliam figuram.

Kabalæ scriptores, quicquid dicat Picus, quinq; finalibus seu terminalibus litteris utuntur.

Ioua non nouitijs istis litteris nec finalibus scripto sed primordialibus illis primitiuisq; quib⁹ ab initio scriptura ois depicta extitit. Illud Hieronymi quod in eodem ꝓlogo postea sequitur. Nomen videlicet domini tetragrāmaton Iohoua in quibusdam græcis voluminib⁹ vsq; hodie antiquis (Moysi scilicet) litteris expressum inuenimus. At iam his omissis, Si non, Irascens per singulos dies, significet, Quotidie scelestos, impenitentes & obstinatos aliquousq; puniens eisq; cōminans, Ego ipse exempli gratia locū vnum atq; alterum vobis proferam vbi apices male appositi, Felicem Pratensem fefellerunt, & vbi Iudæi iuniores (quorū libbam est kemachat sirkith incōparatione ad antiquos, imo ad illos assimilati, iuxta Massecheth shabbath, asini censentur) ex inuersis punctulis, vt dicimus vocalibus, prophetæ regij sensum inuerterunt, adeoq; conspurcarunt, vt neq; sanæ quidē mentis hominē facile agnoscatis, nedū nihil spiritus diuini. Primus est in psalmo septimo, vbi, ex illa punctoꝝ variatione, longe ꝑfecto aliter q̄ est scriptū, legit̄: sensusq; alius longe diuersus ab autoris mēte, imo cōtrarius, certe reddit̄. Illic enim iuxta puncta ab eis apposita sic legitur. *Elohim shophet tsaddik:* [illegible] *zohem becbol iom*, id est, Dij vel Deus iudicās, iustum, vel potius, Deus (est) iudicans iuste, seu, iudex iustus, & Deus (est) irascens in omni die. Quod ęque perperam, stulte ac impie a perfidis illis in Talmud in Massecheth berachoth exponitur, sic. Deus orat quotidie vt sua misericordia irā suā excedat, & vt cū misericordia, in populo suo eat. Omni enim

Hic scriptura aliter q̄ exigit naturaliter, a Iudæis punctata est.

die semel irascitur, El zohem bechol iom. Nempe, prima diei hora quando sol oritur, quoniã illa hora omnes orientis occidentisq; reges exurgunt & capitibus suis diademata imponunt solemq; adorant. Quanq̃ illius horę primæ Regah, hoc est, punctum, momentũ vel minutum, nemo noscat, nisi Balaam filiꝰ Behor, & gallus gallinaceus. Aspice erudite lector, nugas, fabulas & mẽdacia sacri Talmud, eiusq; insanias ac blasphemias. Certe talibus refertꝰ est, eiusq; doctrina diuinę legi male intellectæ non raro innitens, contra nos non paucis in locis cõsarcinata est compacta atq; conficta. Felix Pratensis horum Talmudistarum lectionem sequens, prædictũ versiculũ sic trãstulit. Deus iudex iustus: & deꝰ irascitur per singulos dies. Idem in psalmo. xlij. ꝓ more quoq; cõsueto, Massoreth verba sup שירה Shiro. i. canticum seu quies vel mansio eius, non satis etiam feliciter transtulit. Siquidẽ ibi sic habet Massoreth. Shiro bis tantũ extat in omnimoda scriptura, semel scilicet in fine scriptum per litteram Vaf, sic שירו Shiro, id est, canticũ eius, tertij Regum libri. ca. iiij. & semel per litterã he, vt in psalmo iam memorato. Illic enim non additur Bithre lishane, hoc est, idq; in duplici significato, tametsi Rabi Salomon sequens magnã Massoreth dicat Shiro ibidẽ esse milleshon chanija, hoc est, de significantia mansionis & quietis. Secundus locus est in psalmo. Cx. vbi pro עמך himmecha, id est, tecum, quod quidem & . lxx. interpretes recte legere Meta su, id est, tecum, transferentes. Iudæi iuniores male legunt ac punctant עמך

Fabula & blasphemia.

Autores Talmud sæpe se fundãt in scripturis male ac erronee intellectis, & igitur ex eis conclusiones stultas frequẽter eliciũt.

Felix Pratensis ad uerba Massoreth sæpe falsa ex suo addit.

Illic enĩ nõ additur Bithre lishane, sicut ad Caari i psal. 22. & Isaiæ ca. 38. quod tamẽ Autoris Massoreth cõmentũ est: id quod uel patet ex textus consequẽtia, quod certe pluris iure faciẽdũ est q̃ uel Massoreth aut hebræorũ quorũcũq; interpretũ interpretationes, qui tamẽ de significato duplici caari id est, sicut leo (atq; Foderũt, cuius meminit Felix) nihil scripserunt.

hāmecha, id est, populus tui, quos etiā in hoc Hieronymus sequitur & Felix, infeliciter. Verū verba Hieronymi super primū locū hic in medium iam adducam. Qui in suo psalterio ad hebraicam veritatem, lectionis verbi זעם ambiguitate deceptus & suum Aquilam ponticum, proselytum Iudæum sequens, in eodē versu, participij zohem significantiā nimis extendendo distinctionem nō recte fecit, sic. Deus iudex iustus & fortis: cōminans vel infrendens tota die, siue comminatur in omni die. Pro quo .lxx. interpretes quo ad verbi זעם significantiam & distinctionem, rectius posuerunt O theos kritis dhikęos kę ischyros kę macrothymos, kę mi orgin epagon kathecastin imeran. Quorū sensus, fidelis est & verus, cōsentiēs etiā cū hebræo aliter & recte pūctato ac lecto, atq; itē latino psalterio gallico & romano. Vbi, etiā patiēs vel longanimis, addit cōsimiliter ad sensum Dauid explicandū: & interrogatiue legim⁹, Deus iudex iustus & fortis & patiēs vel longanimis: nunquid irascitur per singulos dies? sensu non in affirmatiuū cadente, vti perperā ac inepte exponit Iacobus de Valentia, sed in negatiuum, atq; vt responsio audiatur, minime. Non enim deus ad irā tardus, & tamen grauitate pœnæ tarditatem suam tandem cōpensans, vt homo, irascit facile citoq;, nec quotidie nos punit aut per singula tempora, quoties in eū peccamus penā ilico nobis infert, sed sicut pater filium, tolerat, suffert & resipiscentiam ac penitentiā patienter ac diu expectat, q̄uis interim minet. Quia reuera patiens est, benignus, sufferēs & longanimis.

Hieronymus scripturam nō recte hic distinxit, nec legit, Aquilāq; ponticū ubiq; fere sequitur.

Zohem non significat cōminans & infrendēs, sed irascēs

70. interpretes addiderūt patiens, uel lōganimis, ob sensus explicationē.

Deus, iudex est patiens.

nosq; paterno adfectu diligit ac amat. Sed & ira, qua certe caret ipse, iustitiā nō operatur, imo animū impedit ne verum & rectum aut iustū cernat. Igitur cum iugi punitionis cōminatione, quē fortassis sensum ex hebręo sibi finxit hic Hieronymus (pro, longanimitate, seu penę ex sufferentia clementię diuinę dilatione) non omnino male conuenit patientia & expectatio dei. Quandoquidem simul stant nec sibi aduersantur. Augustinus p̄terea super, Non irascēs per singulos dies, sic scribit. Significantius fortasse dicitur, iram adducens, q̄ irascēs, & ita in exemplaribus gręcis inuenimus, vt nō sit in ipso Deo ira qua punit sed in animis eoꝶ ministroꝶ qui p̄ceptis veritatis obtēperant. Hec ille. Cum. lxx. interpretū æditione conuenit etiā Arabica translatio quæ sic habet

In Deo ira non est.

الله حاكم عدل قوي طويل الاناة
لا ياتيه برجزه في كل يوم

id est, Deus iudex iustus fortis longus ira, nō erit in ira sua in omni die. Licet Autor targum & trāslationis chaldaicę veel affirmatiue hoc in versu legat, sic, Deus iudex iustus, & in fortitudine irascitur aduersus iniquos tota die. Vides ne nūc pie & erudite lector vel ex vno loco hoc quanta præter idiomatis sancti scientiam non mediocrem, linguarū suppellectile opus habeat, eruditione, iudicio, modestia, circūspectione quoq;, supra fidem: quisquis sacrarum litterarum veteris testamenti interpres esse debet. Sane. lxx. interpretes non hic tantum sed & in alijs locis non paucis scripturā & aliter & melius tū legerūt tum distinxerūt, q̄ aut Hieronymus aut duo

Rabini ſupra memorati, poſtea vel legerunt vel di=ſtinxerũt. Et cauſſa huius varietatis vel potius erro=ris, eſt verbũ אל cuius in lectura ambiguitate, & ex cõſequenti, ſignificantia, atq; in litterarum beth ac caph ſimilitudine. lxx. quoq; interpretes falſi ſũt in pſalmo. lxxxv. al, legẽtes el, in veal iaſhuuu lechiſla, id eſt, & non reuertentur ad ſtultitiam. Quod apud hebręos polyſimon ſit homonymũ ac ambiguum אל & pro locorũ qualitate atq; varietate apicũ ſeu punctulorum ſignificet & fortis, ſeu fortitudo vel deus, qui antonomaſice dicitur fortis, quando per tſere punctatur, ſic, אֵל el & , non, vel, vbi, ſeu, quo, vel, vnde, quando pathach ſubnotatur, ſic, אַל al. Significat inſup ſi per ſeghol eum legas, ſic, אֶל el, etiam ad, in, cum, de, ab, ſuper, aduerſus, cõtra, co=ram &c. pro loci qualitate. Syncategoremata enim & conſignificatiua nullam per ſe, apud hebręos fir=mam, ſtabilem, certam, & determinatam ſignifican tiam poſſident, ſed pro ſentẽtiæ cõmoditate variã, diuerſam, ac mobilem. Atq; iccirco & quia nullam certam rem proprie ſed quandam verborũ aut ſen=tentiarum diſpoſitionem ſignificant, ab eis milloth hattaham dictiones rationis, ſenſus, aut intelligen=tię, vel haddeuek, id eſt, adhęſionis, adhęrentię ſiue glutini appellantur, quia ex nominũ & verborũ con iunctione conſtructioneq; atq; ſententiarũ colliga=tione, ad que quoq; deſeruiunt inſtar picis & clauo=rum ad aſſerum nauis coniunctionem, ſuarũ ſigni=ficantiarum certitudinem accipiunt, &, vt de eis ait Apollonius Alexandrinus in libro de conſtructione

7c. Interpretes æque atq; Hieronymus, decepti ſunt in uerbi ueal lectura & ſignificatione. Vide pſal. 85.

Cur Deus hebraicæ uocatur el? quia eſt chazak ueiachol. i. fortis et potẽs. Vide D. kamchi in cõmentarijs ſuis ſuper pſal. 18.

Milla, dictio, ſcilicet, cõſignificatiua & indeclinabilis. Hoc eſt, Syncategorema.

ta gar tiafta ai ton morion syssimeni, id est, illa enim huiuscemodi semper particularū, consignificāt. Et q̄uis a Iudęis neotericis apices aliquot, nonnullis in scripturę locis male corrupteq; dictionibus addantur, tamen in omnibus huiusmodi & alijs etiam vbi ab eis recte adijciūtur, hoc sciendū est, ꝙ nec addūt aliquid nec detrahūt scripturę canonicæ, vbi tamen illis tantū vtuntur: nisi voluerimus illis fidere & illic cum Iudęis pedem figere gradūq; sistere. Quandoquidem veritas ibi in litteris seu consonantibus adhuc remanet hui⁹ linguæ peritis perspicua, etiam si omnes apices demas, Id quod testat̃ & Lyra, qui puncta asserit faciliter posse mutari manentibus litteris. atq; Iacobus de Valētia, qui in psalterij sui ꝓlogo id etiam confirmat. Remoue, inquiens, pūcta & inuenies veritatem. Qui quidem q̄uis linguæ hebraicę imperitus, nonnunq̄ tamen (vt verbis vtar illis quibus cōtra Lyram Paulus Burgensis) mendicatiuo suffragio nonnulla per auditum ab hebręis conquisiuit quę prorsus a vero aliena non sunt, etsi ea forsan ipse ob linguæ sanctæ inscitiā plene minime intellexerit. Imo si verū fateri volumus Iudęi falso punctando corrumpere nequeunt totaliter scripturam, tametsi nos per hoc decipiant qui in illorū lingua minus eruditi sum⁹. Et hic apicum virgularūq; defectus nullum prorsus impedimentū ad rectā intelligentiam afferre valet his qui vel aliquantū in hebraica eruditione promouerūt. Sane apud hebręos idem sermo, imo vna & eadē dictio diuersas habet voces & intelligentias, nobisq; christianis orthogra

In Biblijs solū hebræi punctis utuntur, & igitur alios eorū libros non punctatos, non nisi conquisita ex libris sacris canonicis legendi cōsuetudine legere possunt.

Scripturæ per puncta depravari nequeunt prorsus.

phiæ & litteris q̃ punctuationi & apicibus (qui a diuino, sensum scripturæ longe aliũ quãdoq; reddũt) magis inniti tutũ est. Siquidẽ illam vt essentialiorem & magis necessariam diligenter inspicere ipsiq; potissimũ orthographię ac litteris seu cõsonantib⁹ diuinæ legis attẽdere adhærereq; debemus. Quanq̃ difficilius, vt hic iam declarabo latius, sine apicib⁹, orthographia ipsa, veritasq; percipiantur. Nam adiectio vocalium punctorũ mirã in scripturis excludit ambiguitatem atq; æquiuocationẽ: simul ac rudibus & nouicijs magnam prebet lucem, ad omnia facilius & minore cũ labore percipienda. Que si desunt, contra, illis offundunt nebulam, & clarissimæ scripturæ chaos apparent. Permultiplex nãq; cernitur in solis litteris seu consonantibus ambiguitas & magna ęquiuocatio, sed ijs, adhibitis debitis pũctorum apicibus admodum rara deprehenditur. E medio enim sublatis omnibus punctis relinquitur sane in scripturæ litteris seu consonantibus ambiguitas tanta, talisq; in legendo confusio, vt non sit legenti nouicio satis integrum cui se tuto sentẽtię addicat. Imo si nõ doctissimus sit, ea que sunt scripta plene intelligẽs, eiq; valde nota fuerint, atq; perq̃ familiarem habeat scripturã, prorsus nesciet, quomodo sit legendum. Tanta est in vocabulis, que puncta sibi adhibita non habent, æquiuocatio: huiuscemodiq; in sententiarum & orationum sensibus apparet ambiguitas, obscuritas, multiplicitas & confusio. Dictio enim apicibus carens perinde se habet ac corp⁹ sine spiritu. Id quod & eleganter hebræi hoc versu

Puncta omissa, rudibus & nouicijs tenebras offundunt.

confirmant. *Calleua belo nikkudda cagguf belo neshama.* Sciendum insuper est vetustos codices hebraicos omnes in initio & etiam seculis .lxx. interpretum atq; Hieronymi sine pũctis & accentibus fuisse scriptos, sicut antiqui codices gręci, vt ante dixi, scripti reperiũtur sine accentibus, id quod adhuc in Sibyllinis carminib⁹ videre licet Callimachiq; poematibus. Et q̃uis Moyses, ꝓphetę ac Agiographi libros suos sine apicibus ac accentibus scripserint, Quod quidem inter lxx. interpretes & Hieronymũ dissidij nõ parua fuit caussa: dum pro loci qualitate, eedem litteræ varijs accentibus & punctis, pronunciationeq; diuersa leguntur & distinctione, varieq; interpretantur: & iste vnam, illi vero alteram lectionem, diuersamq; distinctionem ac accentuationem sequũtur, Quãuis, inq̃, Moyses, ꝓphetę ac Agiographi codices suos absq; apicibus & pũctis scripserint, fatendũ tamen ingenue est nos Mosi filio Asher (cuius keria, id est, lectione & punctatura siue punctuatione non modo D. Kamchi in suo Michlal, sed & doctissimi quiq; hebręorum nostri temporis nituntur) atq; Iacob filio Naphtali, qui, apices longe post Hieronymi tempora adinuenerunt, & eos circa, etsi inter illos *bikria* sit *machalokèth*, diu multũq; desudarunt vt facilior in hebræo lectio esset linguaq; citius disceretur, plurimũ debere. Quandoquidem ante punctoꝝ & apicũ appositionem solũ doctissimi & hebræorũ Rabini ex longo linguę vsu & non paruo exercitio ac in ea, diuturna legendi cõsuetudine, atq; locorum collatione verborũq; consequentia, atq; ordine rationis ac sensus, necnon eorum que leguntur, vnius vide=

Caussa discordiæ .70. & Hieronymi, quæ fuit maxima.

Moses filius Asher & Iacob filius Naphtali, multis in locis discordes i scripturarũ lectione inueniũtur.

Hebræa lingua per punctorum appositionẽ, lectu & intellectu multo facilior est facta, citiusq; addisci potest.

Lectio sine punctis, non acquiritur absq; maximo ligue usu & experientia maxima. Rudium nãq; non est sed eruditißimorum Hebraica sine punctis legere.

licet ad aliud, relatione ac intelligentia, legem, prophetas ac Agiographa legere sciebant. Quod quidẽ illi soli intelligere queunt qui in illisipsis periculum fecere, atq; rem ipsam audierunt autorem. Hoc etiã in hebræorum lingua a quib⁹ non modico tempore eruditus fuit, & inter quos illius perdiscendę linguę gratia tam diu versatus est, haud paruã insumpsisse operã arguit Hieronymũ. Cui etsi apices ac puncta

Nusq̃ in operibus Hieronymi inueniũtur apicum nomina.

fuerant incognita (nam nec semel ea sicut nec accentuũ nomina, in lucubrationib⁹ suis nominat, necdũ enim erant adinuenta, aut ab Arabibus mutuata) lectio tamen illa multiplex & varia vim eorũ (kamets scilicet, pathach, Seghol, Tsere, Chirik &c.) continens, ei perspecta fuit. Id quod vel videre licet Ezechielis cap. xxvij. Vbi in cõmentarijs & in ep̄la quadã ad Euagriũ sic scribit. Frequenter eni hebręa no

Iudæi ꝑ diuersitate regionum loquuntur, & uerba Hebræa diuersis sonis ac accentibus proferunt.

mina ꝑ diuersitate accentuũ & mutatione l̄rarũ vocaliũq; vel maxime, quę apud illos habent ꝓprietates suas, varie interp̄tant̃. Nec refert vtrũ Salem an Salim dicas, cũ vocalibus in medio l̄ris praro vtant̃ hebręi. Imo certe nusq̃. Quod quidẽ cõfirmat etiã

Cap. xxv. ipse Hieronymus in cõmentarijs sup̄ Hieremiã his verbis. Vocales l̄rę inter cõsonãtes iuxta idioma lin

Cap. iij. guę hebręę nõ ponunt̃. Et sup̄ Habacuk. In hebręo tres l̄rę positę sunt דבר absq; vlla vocali. De quo, in

Cap. ix. in vtroq;. cõmẽtarijs quoq; sup̄ Isaiam atq; etiã Hieremiã ita scribit. Verbũ hebraicũ דבר vocales i medio nõ habet, sed ꝑ tres tantũ l̄ras scribit̃ cõsonãtes: atq; pro consequẽtia & locoꝶ qualitate atq; legẽtis arbitrio si legat̃ dauar sermonẽ significat, si deuer, pestẽ, si dabber loquere.

loquere. Sic memoria & masculus tribus cõsimiliter lr̃is apud hebręos scribunt,ita, זכר sed qñ mẽoriale dicim⁹ legit̃ zecher qñ masculũ zachar. Et hac verbi ambiguita te nõ modo .lxx. iterp̃tes sed & Saulẽ deceptũ arbitrant̃ hebręi. Hec ille in cõmẽtarijs sup Isaiã. Ex q̃bus & supra scriptis, liq̃do satis, vt opinor, patet, biblia hebręa Hieronymi tẽpestate nõ fuisse pũctata, quantũuis hoc, i psalterij sui ꝓlogo neget hui⁹ rei ignar⁹, Iacob⁹ de Valẽtia, Hieronymũ nõ vere imo temere ibidẽ affirmãs i suo psalterio quod ad hebraicã veritatẽ trãstulit, lr̃am hebręam pũctatã sequutũ, nisi p hoc itelligat Talmudistarũ lectionem. Patet etiã ex his gutturales lr̃as Aleph, He, Cheth, Haijn, quę in gutture domiciliũ possidẽt, & eius motũ ac adminiculũ in ꝓnunciando req̃rũt, atq; in noibus hebraicis, & cõmentarijs sup Oseã, ac alijs multis ac varijs in locis a Hieronymo vocales lr̃ę & nõ ꝯsonantes, appellant̃: ipsis mutis magis mutas esse & reuera cõsonantes quoq; esse. Nã hebręi vocales lr̃as non habẽt, imo vox ipsa illis est ignota queadmodũ ac ꝯsonãs: sed quibusdã pũctis & virgulis ac lineis vocaliũ loco vtunt̃, sicut & Syri atq; Arabes a q̃bus vocaliũ vocũ diuersitatẽ mutuati sunt quẽadmodũ ac .xviij. metroꝝ genera nouicia. Apud has nãq; nationes lr̃e oẽs alphabetarię ꝯsonãtes sunt, Nullę autẽ vocales nisi forte aptitudine ac virtute. Profundũ ꝓinde vocalibus hieronymianis est oino silentiũ, nihiloq; feci⁹ q̃ mutis latinę aut gręcę linguę: quicquid ille de Haijn dicat in cõmentarijs suis sup Oseã, vbi ita scribit. Eadẽ eni inter Beth & Lamedh nois בעל lr̃as ꝯsonantes, Hain vocalis lr̃a ponit̃, quę iuxta linguę illi⁹ ꝓprietatẽ nũc Beel, nũc Baal legit̃. Hactenus Hieronymus. Qui hic oino decept⁹ est in verbo hebręo Bahal .i. dñs, & nõ, habẽs, quod chaldęi legũt Behel .i. dñs, verbũ Habeo, nõ habẽtes, sicut nec hebręi. At iã ad apices ac pũcta redeam⁹, quę ab hebręis adinuẽta sũt, vt frequẽtissimas Aleph, Vaf, Iodh syncopas & concisiones atq; defectũ lr̃ę He, repsentent. Et quãq̃ vocabula in Biblijs posita necesse nõ sit vt scd̃m notata illic puncta ꝓnũcientur, quia & multis alijs diuersissimisq; modis legi possunt: vtcũq; tamen proferuntur, opus est vt pũctorũ ac apicũ lex & natura cũ lr̃is ipsis cõ-

Cap. xxvj *Hebræa Biblia nõ erãt pũcta-ta ætate Hieronymi, qui sæpe Talmudistarum & iuniorũ Iudæorũ lectionẽ sequitur.*

Vocalis & consonans, uoces sunt hebræis ignotæ inauditæq;.

Cap. ij. *Bahal nõ significat, habẽs, sed, Dominus, inde deriuatur Belzeuuf .i. Dñs musce, quod est uerbũ hebraicochaldæum.*

Debent puncta cũ lr̃is earũq; natura conuenire.

Per apicũ appositionẽ libertas aufertur & legendi licẽtia cohibetur, atq; dictionũ significãtiæ restringũtur

In epistola ad Euagrium de Melchisedek, ꝙ homo esset & non angelus.

Pakadh septẽ significãtias habet. Priã, recordatio & quæstio. Secunda est Chissaron.i.defectus. Tertia, minian.i.numeratio, Quarta, Honesh uichijuf .i.mulctatio & debitũ. Quinta tsiffui.i. praeceptũ. Sexta, hatstsaga.i. repositio. Septĩa, minnui unegbidutb .i.paratio, ordinatio, & præfectura.

Talmudistæ, Felix, & iuniores Iudæi, pro scripturæ, ꝑlationisq; ab eis confictæ diuersitate, significationẽ unius et eiusdem uerbi sæpe uariant ac mutant.

ueniat: sciaturq;, quę pũcti natura qd indicet. Quãdoqdẽ magna nõnunq̃ emphasis amplificatioq; vno pũctulo vocali continet, pũctisq; tẽpora, modi, ꝯiugatiões, personę, numeri, orationis partes, regimen & genera tum noim, tũ verborũ, reliquaq; rei grãmaticę accidentia variant, atq; illis, dictionũ quoq; significantię discriminantur. Quantã autẽ lectionis ambiguitatẽ & multiplicitatẽ atq; dictiõis ęquiuocationẽ vitant puncta apposita (vbi eni ea nõ adduntur, liberũ est lectori vocabula ꝓferre vt ipse vult, imo Iudęi, vt Hieronym⁹ ait, eadẽ verba ꝑ varietate regionũ diuersis sonis atq; accẽtibus ꝓferũt) & quo nã modo eius varijs in locis locata atq; disposita, diuersa pręstant officia illiusq; naturã ceu insititij rami ad suã ipsorũ vim & naturã abducũt: exemplo vno iam declarabo. Forma hęc ideaq; vniuersalis פקדו nondũ vt ita dicã, singularizata nec ad particularia, restricta si legatur פִּקְדוּ pikdhu, est Mehinian ziccaron vbikkur.i.mementote vel quęsitote, significat. Si פְּקָדוֹ pekadho, visitauit eũ, si פַּקְּדוּ pakkedhu, mãdatote, si פִּקּוּדוֹ pikkuddo, pręceptũ eius, si פָּקְדוֹ pokdho, deficere vel deesto ei, si פָּקָדוּ pakadhu seu pakedhu, thesaurizauerũt vel reposuerunt, si פַּקְּדוֹ pakkedho, pręficere vel ordinato eũ, si פֹּקְדוֹ pokedho, ponẽs vel derelinquẽs eũ, si פָּקוּדוֹ pakuddo vel pekuddo, visitatus ab eo, adiectiue, aut visitandus, in ꝑsenti.i.qui visitat ab eo, si פֻּקְּדוּ pukkedhu, mulctati sunt ab alio & nõ a se ipso, si פִּקְּדוֹ pikkadho, numerauit eum, si פקדי pikdhi, esto recordãs mulier, ꝓut scdm pũcta legitur, vel memẽtote viri, ꝓut pikdhu, scdm lras scribit. Sicut psal.xj.consiliter נודי Nudhi.i.transmigrato, legitur sed Nudhu.i.trãsmigrate, scribit. Et psal. Cij. כחי Cochi.i.virt⁹ vel efficacia mei, ꝓ Cocho.i.virt⁹ ei⁹. Verũ hoc, Talmudistarũ mihi videt cõmentũ & delyramentũ seu inuẽtũ esse, sicut Caru, Felicis Pratẽsis: id est Foderũt, ꝓ Caari.i.sicut leo psal.xxij.atq; Isaię cap.xxxviij. id quod vel patet vtrobiq;, quicqd dicat Felix, ex textus cõsequẽtia: quod certe pluris iure faciendũ est q̃ vel Massoreth, aut Hieronymi aut.lxx.aut hebręorũ quorũcũq; interpretũ interꝑtationes, qui tamen de significato duplici Caari.i.sicut leo (atq;, Foderũt, cui⁹ Felix Pratẽsis meminit, cõmẽtũ Mas-

ſoreth ſequẽs) nihil nobis ſcriptũ reliquerũt. Delyramentũ, dixi, Talmudiſtarũ, & merito qdẽ. Quoniã neceſſe eſt, vt & ante ſcripſi, vt pũctorũ natura cũ lr̃is ipſis cõueniat. Et poſt tſere vel chirik ſequitur naturaliter Iodh, quę lr̃a (quicquid dicat Felix, aut iuniores Iudęi) ſibi nõ adiũgit ſupra ſe cholem nec intra ſe apicem Shuruk (qui, lr̃ę vaf pũctus eſt obſequialis, peculiariſq; & ei ſolum conuenit) ſicut nec lr̃a vaf ante ſe chirik. Siquidẽ poſt Kamets ſequit̃ plerũq; Aleph vel He, & poſt chirik ac tſere, Iodh, illiuſq; ſunt puncta obſequialia atq; illi dũtaxat, potiſſime inſeruiũt, & eius in ꝓferendo ambiguitatẽ excludũt ſicut cholem ac Shurek lr̃æ vaf, quæ iuxta Hieronymũ & pro, V, & pro, O, legitur, hebręorũq; lingua accipit̃.

Talmudiſtæ, Felix, & iuniores Iudæi puncta lr̃is adhibẽt q̃ illis et earũ naturæ nõ cõueniũt.

Apex Shuruk in Vaſ ſolum locari debet.

Chrik & tſere ſũt pũcta obſeq̃alis lr̃æ Iodh.

¶Finis.

¶Errata.

In quaternione. A. pagina. vij. linea. xxiiij. lege, Autor Gloſſę ordinarię Leuitici cap. xviij. & dele Auguſtin⁹ &c. In quat. B. pa. viij. li. x. lege, lianus, Baſili⁹ magn⁹, Iſych. In quat. C. pa. ij. li. iiij. lege, id eſt, confuſio vel miſtio, zima. In quat. E. pa. ij. li. xxx. lege, & odarũ ac pſal. In eadẽ pa. vij. li. vj. lege, animi depra. In quat. F. pa. viij. li. xxiiij lege, qui tamẽ, vel, quanq̃ idẽ Iouinia. In quat. G. pa. i. li. xxvii. lege, ac eorũ peculiarẽ. In quat. D. pa. viij. li. xxxvj lege, cũ poſſis ab, In eadẽ, li. xxxvij. lege, eruditio, In eadem, pa. vij. li. xxvj. lege, argumentũ lr̃arũ, & li. viij. lege, nepte vxoris ex filia. Id quod teſt. & li. x. adde, poſt caput. Sic Deuteron. cap. xxv. pœna cõſiſ̃iter, queadmodũ in Kotſer meo ſcripſi, nõ aſcribit̃, quę eã mulierẽ ſeu vxorem legalẽ manet quę legẽ illã vxoriã trãſgreditur & Iauamũ ſeu leuirũ habere nõ vult: ſicut nec ibidẽ exprimit̃ Meoraſa ſeu Mooraſa aut Moraſa. i. deſponſata, quod ad mulieris vel vxoris verbũ, ibidẽ eſt addendũ, ita, vxor, videlicet, vel mulier deſponſata nõ nubet foris vel ad extra: quia iuxta Dei legẽ nulla eſt reuera ibidẽ contracta affinitas, quę ex ſeminũ cõmixtione dũtaxat naſcit̃: ſed vxor a fratre prius pręmortuo cognita, ipſa ſcilicet, nubet foris, vt turpitudinis fraternę reuelatio vitetur, eſtq; ſermo illic conciſus, detrũcatus, ellipticus & defectiuus, qui quidẽ in hebræo frequens eſt crebroq; in Biblijs occurrit, Et reuera reuerende &c, vt in codice.

In cõmentarijs ſup primũ Abdiæ caput, et in Traditionibus hebraicis in Geneſim Ex q̃bus, et ex epiſtola ad Euagriũ (ubi dicit, Secũdũ hebræos non refert utrũ Salem uel Salĩ dicas) liquet, ꝙ antiq̃tus hebræi, ſicut & latini, inter cognatas uocaliũ uoces, E, uidelicet, &, I, necnon inter O, & V (quas oẽs ꝑ duas tantũ uocales lr̃as, Iod, uidelicet, et Vaſ, exprimebãt) nullũ prorſus diſcrimẽ faciebãt. Vide Donatũ in Phor, in Here & Heri, Mane ac Mani.

Sapientia abſcondita & theſaurus inuiſus
que vtilitas in vtriſq;? Eccleſiaſtici cap.xx.



Melior eſt homo qui abſcondit ſtultitiam ſuam
q̄ qui abſcondit ſapientiā ſuā. Eccl'iaſtici cap.xlj.

tamen hunc nobis theſaurum, non ſibi (atq; iccirco
ab Auguſtino, capſarij noſtri, vocitati) propter ve-
lamen, quo oculi eorum obtecti ſunt, cuſtodierūt:
admirari vna cū Felino & exoſculari cogor immen
ſam Dei in nos ingratos adeo bonitatē, qui tam illi-
batas nobis cœleſtes iſtas opes ſeruarit, & per gen-
tem, qua nulla noſtrę religioni, ęque infeſta eſt, tal-
mudicas fabulas illoꝝ etiam ſtudio pręferentē. Ad
hec, Nihil vnq̄ corruperunt Iudęi quod ad Meſſiam
vel Chriſtū pertineat, in quā rem etiam ſi voluiſſent
omnes vnanimes cōſpirare, non tamen id facere po
tuiſſent, quia vetus teſtamentū, non ſolum in lingua
hebraica ſcriptum fuit, ſed per tranſlationem etiam
in gręca, Arabica, chaldaica & ęthiopica ſeu Indica.
Quomodo igitur potuiſſent Iudęi etiā ſi voluiſſent
omnes codices alienarum linguarum in quas hebręi
tranſlati fuerant, nationum etiam remotiſſimarum
corrumpere? Porro nihil poſſunt corrumpere Iudęi
quod tangat Chriſtum, quod idem non tangat etiā
ſuum Meſſiam, quem æque illi venturum expectāt,
atq; nos ſcimus veniſſe. Nulla eſt itaq; ratio, ſi hæc
tollatur, quę vnq̄ deberet mouere Iudęos vt corrū-
perent ſcripturam. Nam qui ſcripturas corrumpere
ſolent, duabus de cauſis id faciunt, vna, vt confir-
ment ſua, altera, vt deſtruant aliena. Sed Iudęi cor-
rumpendo diuinam legem, nec ſua poſſunt confir-
mare, nec noſtra deſtruere, ſequitur ergo nihil ab eis
in ea odio Chriſti aut noſtri, corruptū fuiſſe. Maxi-
me quū illa ipſa hebraicę lingue volumina non tan-
tū apud infideles & Iudæos inueniantur, ſed in ma-

nibus quoq; verſantur Orthodoxoꝝ & chriſticolarum. Aut hos igitur in illorum gratiam neceſſe eſt ſuos deprauaſſe codices, aut ex veris horum exemplaribus illorum redargutam eſſe falſitatem. Nam quod Iudęi omnes cōſpirauerint & quaſi ad Aſſueri vel Mithridatis litteras cuncta bibliothecarū totius orbis volumina nedū hebręa veteris teſtamenti vna die vitiarint omnēq; veritatem de illis raſerint, Nullus vt opinor prudēs, nedum Auguſtinus, cuius verba ſtatim ſubiungam, credit. Quādoquidem in artibus etiam Miſhna & cōmentarijs paſſim vtūtur Iudęi ſcripturis & illas ſi vellent non poſſunt corrūpere, niſi e medio tollerent non tam cōmentarios & libros ſuos omnes medicinales, phyſicos, aſtronomicos, magicos, hiſtoricos, legales, talmudicos, oratorios & poeticos, q̄ noſtrorum cōmentarios codiceſq;. Taceo ꝙ deprauationem hanc minime celarent imo proderent hebręi ad chriſtianiſmū a Iudęis deſciſcentes. Pręterea, ſi in veteri inſtrumento locus vnus chriſtianā fidē reſpiciens violatus eſſet, num vniuerſa ab illis iccirco corrupta eſſent? & ſi liber vnus, ideo omnes qui diuerſis & locis & linguis repoſiti ſunt? Certe ſi tale quicq̄ molirentur, eis tamen non ꝓdeſſet, cum multarum gentium linguis ſcriptura ante trāſlata, doceret falſa eſſe que adderent, atq; antiquiores alterius quoq; gentis Samaritanæ videlicet, litterę ea poſita fuiſſe teſtarētur que demerent. Auguſtini verba, que recepi me ſubiuncturum hec ſunt in libro de ciuitate Dei. xv. Vbi ſi quęram, quid ſit credibilius, Iudæorū gentem tam

Cap. 15. ubi hoc pro abſurdo habet.

longe lateq; diffusam, in hoc conscribendum mendaciũ vno consilio conspirare potuisse: & dum alijs inuideant autoritatem, sibi abstulisse veritatem: an lxx. homines, q etiã ipsi Iudęi erãt: in vno loco positos, quoniã rex Egypti Ptolemęus eos ad hoc opus asciuerat: ipsã veritatẽ gẽtib⁹ alienigenis inuidisse, cõmunicato istud tũc fecisse cõsilio, quis nõ videat qd ꝓcliui⁹ faciliusq; credat? Sed absit vt prudẽs qspiã, vl Iudęos cuiuslibet ꝑuersitatis atq; malicię tantũ potuisse credat in codicib⁹ hebręis tã multis & tã lõge lateq; dispsis, vel. lxx. illos memorabiles viros hoc de inuidenda gentib⁹ veritate vnũ cõmunicasse cõsiliũ. Credibilius ergo qs dixerit, cũ primũ de bibliotheca Ptolemęi describi ista ceperũt, tũc aliquid tale fieri potuisse ĩ codice vno greco. s. primit⁹ inde descripto vnde iã lati⁹ emanaret, vbi potuit qdẽ accidere etiã scriptoris error. Hec ille. Ad hec, Si isti qui voluminũ hebręoꝝ veritatem denegãt, corruptos a Iudęis esse volũt libros autenticos, hoc est, hebræa exẽplaria in qbus & autoritas & veritas prima est, ꝓferãt oportet quas ob rationes ac causas eos corrũpere deberẽt vel vellent. Certe Origenes nullã vnq̃ repperit. Quo cũ in Hieremię cõmẽtarijs cõsentire videt & Hieronym⁹. Pudet (inqens) me cõtentionis nostroꝝ, qui hebraicã arguũt veritatẽ, Iudęi contra se legũt, & quid pro se sit, nescit ecclesia. Fatetur itẽ idem Hieremiæ. cap. xxiij. Iudæos reliquisse in suis libris illa que maxime pro nobis cõtra ipsos faciãt, id est, que mysterium trinitatis comprobant, qua cũ Iudęi nihil habẽt cõmune, & de Christo testimoniũ perhibent. Quod quidem in euãgelio Christus etiã

Cap. xvij

ipse videtur asserere. Scrutamini (inquiens) scriptu ras, videlicet originales, ipsæ sunt quæ de me testi= moniũ perhibent, apertius scilicet fideliusq;, q̃. lxx. interpretũ translatio. Cetera autem cur corrũperent aut falsarent vbi nobis cum illis nulla est contentio nec controuersia, certe non video. Maxime cũ Pau lus hebręus Burgensis episcop⁹ in Scrutinio suo di= cat, hebræis in his que non respiciunt fidem nostrã assentiendũ est, & ibidem alibi rursus, Iudęos sequi debemus in omnibus, exceptis, vbi testimoniũ fidei nostrę & catholicę veritatis elicitur. Hec Burgẽsis, & recte quidem. Nam in illis, nos eorum autoritati & expositionibus acquiescere non debemus, quorũ perfidiam & mendacia detestamur. Siquidem illic, tergiuersari solent & veritatem celare mendacio. Quanq̃ ex suspectis & impijs interpretib⁹ Symma= cho videlicet Theodotione & Aquila, quorum per= fidiam ac mendacia damnat Hieronymus, subinde citet ille variam lectionem: neq; raro pedibus desce dat in illorũ sententiam, imo illos ipsos non imme= rito sane, sępe pręfert. lxx. translatoribus. Cum Bur gensi cõcordat Lyranus, qui in ꝓlogo ante Bibliũ, hoc nobis scriptũ reliq̃t. Exceptis passib⁹ scripturę veteris testamẽti, qui de deitate Christi ac de conse quentib⁹ ad eũ loquuntur, non est verisimile ꝙ ali= quid Iudęi immutauerint, cum nec causam hoc fa= ciendi habuerint, imo nullum videtur periculũ, sed magis securũ, scđm dictũ beati Hieronymi, in du= bijs recurrere ad textũ hebraicũ tanq̃ ad originale, pro veritate textus declarãda. Hacten⁹ de Lyra Ni= colaus. Qui, vt apparet, hec ex cõmentarijs Hiero=

Originales videlicet, & non Septuaginticas neq; Talmudicas, quẽadmodũ inepte hoc Christi dictum Burgensis interpretatur in Scrutinio suo.

Burgẽsis de hebræorum interpretationibus loquitur, & Lyranus de eorũ exemplaribus.

Lyranus Hieronymũ recte nõ intellexit, putãs eum de hebræorum exemplaribus locutum.

nymi in octauũ caput Hieremiæ hausit. Ibi nãq; ille sic ait. Cogimur igit̃ ad hebręos recurrere, & scientiæ veritatem de fonte magis q̃ de riuulis quęrere, pręsertim cum non prophetia aliqua de Christo vbi tergiuersari solẽt & veritatem celare mendacio, sed historiæ ex precedentibus & consequentibus ordo texatur. Hec Hieronymus illic. Que verissime dicta sunt, si verba illa, tergiuersari. s. solent & veritatem celare mendacio, de Iudęorum expositionibus obliquis & extortis intelligas, & non de veteris testamenti exemplarib⁹ hebręis. Quod q̃dẽ ipse Hieronym⁹ quoq; insinuare videt̃ in p̃fatione traditionũ hebraicarũ in Genesim, vbi eos refellit qui de codicibus canonicis hoc dictum putant. ibidẽ enim hec scribit. Studij ergo nostri erit, vel eorũ qui de libris hebraicis varia suspicantur, errores refellere, vel ea que in latinis & grecis codicibus scatere vident̃ autoritati suę reddere. Vbi etiam paululum infra, mutilata & manca. lxx. interpretũ exemplaria, que, ecclesiæ codices Origenes appellat, asserens, illis veriora, hebraica affirmat, vtpote que, multa ab eis testimonia prętermissa continent etiã que ꝑ nostra fide non parum faciãt. Eius verba ibidem hec sunt. Ex quo perspicuũ est, illa magis vera esse exemplaria que cum noui testamenti autoritate concordant. Origenis vero hec. Ego enim gracili voce sum &c. Exodi cap. iiij. ita, in codicib⁹ ecclesię (scilicet. lxx.) vos in hebręis exemplaribus, que veriora dicitis exemplaria, habetis, Ego autem incircũcisus sum &c. Origenes sup Genesim homilia tertia. Hieronymus

Vbi tergiuersari solent. s. in eorũ interpretationibus, & nõ in scripturæ exemplaribus. hoc eni est quod hic dicit & intelligit Hieronymus.

Origenes in homilia tertia sup Genesim. 70. interpretũ exemplaria uocat ecclesiæ codices.

prẹterea in p̄fatione ante Genesim, velud dictu ab-
surdū inducit, ac eos responsione indignos insigni-
terq; stultos æstimat, qui in vetere testamento exem
plaria latina grecis veriora autumant, aut græca he-
braicis emendatiora. Siquidē illic sic loquit̃. Quod
codices hebrẹi habent de Christo. lxx. interpretum
codices non habent. Aliud est si contra se postea ab
Apostolis vsurpata testimonia probauerunt Iudæi,
& emēdatiora sunt exemplaria latina q̃ grẹca, & grẹ
ca q̃ hebraica. sup̱ que verba, de sancto Victore ita
scribit Hugo. Igitur o emule qui tantopere. lxx. in-
terpretes defendis, quid liuore torqueris cum au-
dis illos reprehēdi? Sicubi tibi in trāslatione videor
errare, interroga hebrẹos vtrū, scilicet, nostra an il-
lorum trāslatio verior sit. Illi tibi dicent: quia quod
illi habēt de Christo tui codices scd̃m. lxx. interpre
tes scripti non habēt. Quod si dicere volueris, iccir-
co hebræos testimonia ab Apostolis falso vsurpata
habere, cū in translatione. lxx. non inueniantur: quia
ea postẹa prolata habuerūt librisq; suis ascripserūt:
hoc iam aliud est defensionis genus, in quo tamen
verisimilitudo nulla est, cum illi non solum falsa re-
fellere, sed vera etiam si possent, libēter negare vel-
lent. Postremo si dixeris iccirco magis approbandā
esse translationem. lxx. q̃ hebraicā veritatem, ꝙ ve-
riora sint exemplaria grẹca q̃ hebrẹa: & latina q̃ grẹ
ca, nihil proficis: cum econtrario veriora sint grẹca
q̃ latina, & hebrẹa q̃ grẹca. Hacten⁹ Hugo. Prẹterea
Si in veteri testamento emendatiora sunt latina ex-
emplaria grẹcis & grẹca hebrẹis, cur in eo Lyranus